Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Thomas Christian Tychsen

Commentationes De Nvmis Orientalibvs in Bibliotheca Regia Gottingensi Adservatis

Gottingae: [Verlag nicht ermittelbar], MDCCXC.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Herrn Prof. Bürgerschule.

Vom 1236. 1. 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0002
DFG

COMMENTATIONES

DE

NVMIS ORIENTALIBVS

IN

BIBLIOTHECA REGIA GOTTINGENSI

ADSERVATIS.

AVCTORE

TH. CHR. TYCHSEN

PHILOS. PROFESS. P. O. ET SOCIETAT. REG. SCIENT.

SODAL. EXTRAORD.



CVM TABVLIS AENEIS.

GOTTINGAE

MDCCXC.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0003

DFG

COMMENTATIONES
DE
NUMIS ORIENTALIBUS
IN
BIBLIOTHECA REGIA GOTTINGENSI
ADSERVATIS.

AUCTORE
TH. CHR. TYCHSEN
PHILOS. PROFESS. P. O. ET SOCIETAT. REG. SCIENT.
SODAL. EXTRAORD.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

CUM TABULIS AENEIS.

GOTTINGAE
MDCCXC.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0004
DFG

COMMENTATIO PRIOR

NVMOS CHALIFARVM

ET

PRINCIPVM SAMMANIDARVM

COMPLECTENS.

Habet inter alias praeclaras opes bibliotheca Regia numorum Arabicorum, Perſicorum, Indicorum aliorumque ex variis Aſiae partibus copiam, a munificentia Viri generoſiſſimi liberi Baronis DE ASCH huc transmiſſam, in quibus ſunt raritate et praeſtantia inſignes haud pauci. Quos cum mihi inſpicere et propius examinare conceſſum eſſet, et viderem eos nec vllo ordine diſpoſitos eſſe, nec explicatione illuſtratos; nam qui additus eſt index tantum non vbique fidem fallit; lubens ſuſcepi digerendi et explicandi ſingulos officium, moleſtum quidem illud et ſaepe ingratum, ſed pluribus de cauſſis non iniucundum. Etenim non modo propriam quandam praebet voluptatem antiquorum monumentorum contemplatio, qua cogitatione in iſta tempora adſcendimus, magnisque rebus geſtis intereſſe quaſi videmur, quarum in his conſeruata eſt memoria; ſed

plerumque etiam expendendis iis et comparandis inter se, variae subnascuntur obseruationes, quibus aut ab aliis minus recte tradita corrigantur, aut lux aliqua affundi possit veteri historiae. Quas si quis leuiusculas esse putet, et, vt in rebus antiquis et exoticis, parum vtiles et scitu dignas, suo is vtitur iudicio; hoc tamen cogitet velim, nihil in litteris esse inutile, nisi quod falsum sit aut nimis tritum; me non pigebit, Vobis, Viri Ill. meas proposuisse obseruatiunculas et, quantum in me est, cauere, ne quid bonarum opum in Bibliotheca nostra extiterit, quod qui intelligeret, et in literarum vsum quoad fieri potest, conuerteret, inter nos non repertus fuisse videatur.

Primas autem partes merito sibi vindicant antiquissimi Arabum numi, a Chalifis et Sammanidis principibus cusi, et antiqua, quam Cuficam adpellamus, scriptura insignes; non multi quidem illi, sunt enim XVII saltim numero, sed pretio praestantes et raritate. Quis enim in tam exiguo numero ineditos esse putauerit vndecim? in quibus tres sunt Chalifarum Ommiadarum, porro vnus Harunis Raschid aureus, alter Hadii, alius denique Rhadii Chalifae annum praeferens 302. Caeterum quod fuit fatum numorum Cuficorum, vt in remotissimis terris potius quam in Oriente et natiuo solo, vbi sunt rarissimi, conseruarentur, id his quoque numis obtigit. Notum est omnes eos, quos *Kehrius* et *Aurivillius* illustrarunt, et antiquiores fere omnes, qui in numothecis nostris asseruantur, in Pomeraniae, Prussiae, Sueciae aliisque maris Balthici littoribus repertos esse, quo commerciis populorum septentrionalium, medio aeuo frequentibus, aliisque cauſſis delati sunt *a*). Nostri omnes, si quinque excipias *), in agro Revalensi effossi sunt, reconditi in vase fictili; quae causa fuit, cur omnes fere integri ad nos peruenerint. Vnus tantum n. VIII. margine

a) Vide de hoc doctam disputationem *Aurivillii* in Nov. Act. Soc. Vpsal. Vol. II. p. 99 sqq. et inprimis ill. *Tychsen* in Repertor. für bibl. P. VI. p. 182 sqq. cf. *Agnethler* Beschreib. des Schulzischen Münzcabinets, Part. IV. init. *Adler* praef. Mus. Cus. Borg. p. 22.

*) Sunt hi n. 6. 7. 8. 9. 15, qui vnde venerint non constat. Posteriores tres in maris Balthici litoribus repertos esse verisimile est, quippe in Germania comparatos.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0006
DFG

margine curtatus est, et omnes fere, praeter III. V. VI. VIII. IX. XI et XV. perforati, ex superstitione Muhammedanorum, qui numos sacris sententiis inscriptos, amuleti loco, collo aut capiti puellarum inprimis alligare solent. Sed ad singulos accedamus.

Nvmvs I.

Numus argenteus Chalifae Ommiadae Soleimann; cuius Damasci a Heg. 98 (p. Chr. 716). ineditus.

Inscriptio qualis in antiquis numis esse solet

Parte I. Area,

لا اله الا
الله وحده
لا شريك له

Margine:

بسم الله ضرب هذا الدرهم بدمشق سنة ثمان وتسعين

Parte II. s. auersa,

الله احد الله
الصمد لم يلد و
لم يولد ولم يكن
له كفوا احد

Marg. محمد رسول الله ارسله بالهدي ودين الحق ليظهره علي
الدين كله ولوكره المشركون

Hoc est: *Non est Deus nisi Deus vnus, qui socium non habet.*

Marg. *In nomine Dei cuius est hic argenteus Damasci a.* 98.

Parte auersa: *Deus est vnus, aeternus, nec generat nec generatur, neque est ei similis alter.*

Marg. *Muhammed est legatus Dei, quem cum vera et recta religione misit, vt extolleret eam super omnes religiones, quidquid contradicant infideles s. idololatrae.*

Damasci igitur cuius est hic numus, imperii Arabici sede, sub Chalifa Ommiada septimo, anno p. Chr. 716 in historiis memorabili, ob oppugnationem Constantinopoleos a Moslemo, fratre Chalifae, frustra susceptam, et ad antiquissimos Chalifarum numos pertinet.

p. 6. 7. transpositae

Valid a Jezide post breue vnius anni imperium interemtus periit. Simillimum nostro numum, siue aliud exemplar descripsit Reiskius ex Dresdensibus *e*). Noster singulare habet hoc, quod ita perfectus est et illaesus, vt pro recens excuso haberi possit, nisi quod incisuras habet scalpro factas fortasse ab aliquo, qui explorare vellet argenti notam. Literarum ductus sunt nitidissimi, et longe quam in praecedentibus pulcriores. Quippe Vaseti prodiit hic numus, in qua vrbe antiquissima erat monetaria officina ab Hegiagio a. 76 instituta; vnde non mirum veterem et rudem scripturam ipso vsu sensim ad eam elegantiam efformatam esse, quae in hoc numo conspicitur, quaeque tanta est, vt dubitem, an aliud extet monumentum Arabicum scriptum, in quo magis coniuncta appareat cum simplicitate venustas, et an elegantius et distinctius scribi possit cusice quam in hoc numo factum est. Sane si hoc modo exarati essent numi, inscriptiones et codices cusici, seruata cuique elemento sua figura et loco, omissisque ineptis istis ornamentis et ductuum labyrinthis, quos postea excogitauit operosa artificum sedulitas, a vera pulcritudine et elegantia alieniſſimos, non difficile esset explicare omnia, quamuis absint diacritica signa, modo sermonis fuerit aliquis peritus. Qua de re alibi fortasse plura dicentur.

Subiungo nunc obseruationes aliquot, ad historiam rei Arabum numariae spectantes, quas super his antiquissimis numis feciſſe mihi videor, ab aliis nondum expositas.

1. Omnes Ommiadarum numi inscriptiones supra adlatas exhibent, atque ita inter se sunt similes, argentei saltem, vt non argumento modo, sed linearum etiam et literarum dispositione locoque conveniant. Praeter eos quos supra laudaui, Bodleianum, Nanianum, Venetum Monasterii S. Laurentii, et Gottingenses tres, eosdem titulos habent Nanianus argenteus a. 100. Part. II. Mus. Cus. N. LII.

e) vid. *Repertor. für Bibl. u. orient. Litt.* XVII. p. 246.

f) Eadem de Dresdensi a. 286 narrat Reiske in Repertor. ad h. l. et de Bodleiano auctores *der Allgem. Welt-Gesch.* l. c.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0008
DFG

Antiquiores sunt Bodleianus, a. 88. a Costardo publicatus *b*); Nanianus, a. 91. ap. *Assemann.* in Museo Cuf. Naniano Praefat. p. 8. not. *b*. delineatus Mus. Cuf. Nan. P. II. Tab. V. n. 51. tertius in Monasterio S. Laurentii Venetiis, anni 97 *c*). Sed hi duo sunt aurei. Gottingensis optime conseruatus est, et propter litterarum formam inprimis notabilis, quae ad antiquam Syriacam scripturam, e qua ducta est Arabica, proxime accedit, et propriam quandam habet simplicitatem, nondum tam elegans ductibus, quam in numo III, nec tam ornata et calamistrata, quam in serioribus *d*).

II.

Numus argenteus Chalifae Jezid. Damasci, a. 102 (*p. Chr.* 720) *ineditus.*

In omnibus conuenit cum praecedenti, nisi quod anno differat, cusus scil. سنة ثنتين ومية a. 102. rarior forma pro ف. اثنتين اثنتان ومايه. Literarum formae simillimae sunt in vtroque numo, vt in eadem officina procusis et aetate proximis. In margine perforato sunt ferruminis vestigia suspendendo numo: literae in margine passim detritae.

III.

Numus argenteus Chalifae Ommiadae Valid. Vaseti, a. 126. (*p. Chr.* 743.)

In omnibus conuenit cum praecedentibus, cusus tamen بواسط سنة ست وعشرين ومية, *Vaseti, a.* 126. ergo eo ipso anno, quo Valid

b) In *two dissertations – on the word Kesitah* etc. Oxon. 1750. 8. Iam pridem eum explicauerat doctiss. *Hunt.* vid. *Allgem. Weltgesch.* XIX. p. 651.

c) Expressus in *Flam. Cornelii* Monum. Antiq. Eccles. Venetae Dec. XII. explicatus ab *Assemann.* l. c. p. 7. et *Adler* praef. Mus. Cuf. Borg. p. 8.

d) Antiquissimum omnium exhibuisse reperio *Clewbergium*, Suecum, in diss. *de numis arab. in patria repertis*, Aboae 1755. 4. scil. anno 79 Hegirae cusum, tres annos post initia rei monetariae apud Arabes, secundum epocham a Thaberita traditam. Non tamen ausus sum hunc numum, qui etiam ill. *Eichhornii* fugit diligentiam, hic laudare, cum de titulis et anno certo non constet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0009
DFG

N. LII. aureus a. 104 *g*) Nan. II. aereus a. 97 ſ. 107 *h*) Nan. I. arg. et LIV. aer. a. 110. Borgianus I. a. 123. Nan. LV. a. 125. Dresdenſis a. 126 *) Kehrianus X. 127. Atque vt in nullo Ommiadae numo aliud quidquam legitur, ſic in nullo, quem Ommiadis ſeriorem eſſe conſtet, iſti tituli conſpiciuntur. Ex quo manifeſtum eſt, has inſcriptiones proprias eſſe primorum Chalifarum numis, hoc eſt antiquiſſimis. Quid quod eam diu ſeruarunt Chalifae Ommiadae in Hiſpania, quod docet numus a. 166. Dresdenſis, a Reiſkio deſcriptus in Repertorio ſaepe laudato T. XVII. p. 254. Abbaſſidae, conſilio quodam et inuidia ducti, aliam inſcriptionem induxiſſe videntur in auerſa numorum parte, ſcil. *Muhammed eſt Dei legatus, cui Deus ſit propitius et benedicat*, quae poſteriora verba tamen in argenteis tantum conſpiciuntur. Senſim praefectorum et Chalifarum nomina titulique addi coeperunt, quae hic perſequi nihil attinet.

2. Hoc ſi verum eſt, lux affunditur celebri *Elmacini* loco (Hiſt. Saracen. p. 63 ed. Erpen.), quo dicit, Hegiagium praefectum numis inſcripſiſſe الله صمد *Deus eſt aeternus*. Quae non de aliis numis intelligenda ſunt, ſolis his vocibus inſcriptis, ſed de iis, quos modo adtulimus. Scilicet Elmacinus, aut quem is ſequitur, *Abu Gjafar Thaberita*, haec verba vt praecipua nominat, quibus diſtinguebantur antiquiſſimi numi a ſerioribus Abbaſſidarum, ſua aetate frequentioribus. Et ſane ſufficiebant haec ad monendos lectores, eiusmodi numos eſſe ex prima aetate ſub Ommiadis, quum poſt eos non amplius adhiberentur. Plane gemellus eſt Macrizii locus *i*), quo de eadem re loquitur, h. e. de numis ab Hegiagis a. 76 procuſis, fuiſſe in vno latere الله احد in altero لا اله الا هو initio

g) Deſcriptus ab *Aſſemanno* praef. Muſ. Cuf. Nan. Part. I. p. 8. et Part. II. Tab. V. N. LIII. Etiam aereus eiusdem anni Nan. CXI. in aliis ſingularis, hanc inſcriptionem retinet.

h) In numo nihil certo apparet praeter عبد 7. ſed ſpatii quod ſupereſt anguſtia non niſi vnicam vocem, eamque breuem, capere potuiſſe videtur.

*) vid. Repertor. T. XVII. p. 246.

i) In *Caſiri Bibl. Arab. Eſcur.* T. II. p. 175. repetitus in Repertorio ill. *Eichhornii* T. IX. 213 ſq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0010
DFG

initio nominato vtriusque tituli, vt mox etiam marginum lectiones contraxit. Consentit igitur ille cum Elmacino, nisi quod alter prima verba, alter maxime insignia eiusdem inscriptionis laudat. Reliqua quae de variis titulis et numis longe antiquioribus, cum imaginibus adeo, refert Macrizius, turbatis subinde temporum notis, aut de numis in vita communi et commercio non vsitatis intelligenda, aut imperitiae tribuenda sunt et errori serioris scriptoris, qui septem seculis iunior, (vixit enim seculo Heg. IX.) cum antiquam scripturam non intelligeret, ex ingenio suppleuit historiam, vt saepe faciunt Orientales vbi res antiquas exponunt historiarum monumentis destituti.

3. Porro, si verba ista الله احد &c. insigne sunt antiquissimorum numorum, sequitur ad Ommiadas referri debere qui has sententias praeferunt, quamuis de eorum aetate certo non constet. Huc pertinet 1) Numus *Bodleianus*, cuius lectionem exhibet *Wise* in Numorum Bodleian. Catalogo p. 312. ex Gagnierii explicatione In areis omnia fere consentiunt cum titulis supra adlatis *k*), sed manifesto falsa est marginis alterius lectio:

بالاسكندريه سنة عشرة وثلث مئه

Alexandriae a. 310 (*Chr.* 922); quo tempore longa alia erat numorum facies. Fortasse hic est idem Bodleianus a. 88. quem Costardus vulgauit, aut alter similis, ab auctoribus Historiae vniuersalis memoratus loco supra laudato. Omnino quam parum tribuendum sit Gagnierii explicationibus, abunde monuit Reiske in *Act. erudit.* a. 1752. p. 102. vnde recte omisit istum numum in Indice numor. Cufic. ill. *Eichhorn.* — 2) Etiam numus *Vindobonensis* Caesareus, argenteus, cuius typum reperi in *Ephemeridibus Lipsiensibus l*), ad hanc aetatem debet referri, qui omnia habet cum Gott. I. communia, quanquam ex imperitis ductibus vrbis annique

k) Desunt tantum verba لا شريك له quae alias nunquam omitti solent. Fortasse haec non affecutus erat Gagnier.

l) *Das neueste aus der anmuthigen Gelehrsamkeit, 1753.* p. 320. quinto ad dextram loco.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0011
DFG

que notam exſculpere non licet. Videtur eſſe anni 126 vt Gott. III. ſed Damaſci forte cuſus. Omnino dolendum eſt, numos iſtos tam negligenter expreſſos eſſe, in quibus ſunt quidam rariores, inprimis ex Dynaſtiis. Editorum imperitiam arguit hoc, quod omnes ſupinos exhibuerunt, vt neceſſe ſit vertere librum, ſi titulos legere velis. 3) Similiter numus delineatus in libro *Erläutertes Preuſſen* T. IV. p. 842 pagina ſumma. Inſcriptiones eaedem, quae in Gott. I-III. Cuſus *Vaſeti* anno incerto. Legitur tantum تسع — مية. Vox media, male expreſſa, ex obſeruatione noſtra ſuppleri debet عشر aut عشرين, quarum priorem legit quoque editor. — His adde numum Hottingero laudatum Diſſ. *de numis oriental.* p. 167. De lectione numi Clewbergiani et Celſiani in *Actis litter. Vpſal.* deſcripti, mihi non conſtat. Iudicabunt, qui illas commentationes legerint, ex iſtis numis de meae ſententiae veritate.

4. Contra e numorum Ommiadicorum numero eliminandi ſunt, quicunque aliam praeferunt inſcriptionem, niſi de antiquitate eorum certo conſtet. Exemplo eſt Kehrianus XII. quem ad a. Heg. 105 referebat Kehrius, ſed ſeriorem aetatem arguunt tituli Abbaſſidarum numis proprii. Quanquam vel ex ſolis litterarum ductibus ad a. 185 reiiciendum eſſe perſpexerat Reiſkii acumen; quem recte legiſſe, hac noſtra obſeruatione magis etiam comprobatur. — Porro in libro laudato *Erläutertes Preuſſen* l. c. num. 1. ima tabula falſo legiſſe cenſendus eſt editor annum 101. In area P. II. non eſt, vt is explicat: *Chalifa eius Emir Mohammed*, ſed eadem omnino inſcriptio, quae legitur in Kehr. XV. et Aurivill. 5. Tab. III. et manifeſtum apparet *Elamin*. Titulum tamen male expreſſit Kehrius, الخليفه cum a. 185, quem praefert Kehrianus, Chalifatum nondum iniiſſet Aminus. Legendum vt recte iſte auctor dedit: *) ومالامر به الامين محمد بن امير المومنين جعفر Ergo non ad a. 105 ſpectat hic numus ſed ad Aminum principem filium

*) Priorem vocem infra explicabo, ad num. VIII. hoc obiter moneo, in numo eiusdem tabulae medio non legendum eſſe *in Dara*, ſed بالكوفه *Cufae*.

filium Harunis Raſchid. Annum quoque in auerſa numi parte legere mihi videor, احدي وتسعين ومئة 191. Vrbis nomen fort. واسط Vaſet. Hoc certum eſt, ad Ommiadas et a. 101 eum nullo modo pertinere. — Grauiorem obiectionem inferre videtur numus Borgianus 91. argenteus, Tab. XII. Muſ. Cuf. Borg. a doctiſſimo editore ad Ommiadas relatus. Inſignis eſt hic numus inſcriptione plane ſingulari, quam, quoniam in Catalogo ſuo hunc omiſit ill. *Eichhorn*, vt reliquos omnes Tabulae XII. hic adſcribo:

P. I. عماد الدولة
الامام هشعمام
المومق الله
احمد

P. II. لا اله الا
الله وحده
لا شريك له

reliqua detrita.
In margine Vaſet legi videbatur.

Igitur ſub Chalifa Heſcham cuſus eſſet, mortuo a 125. Sed fateor me de veritate huius lectionis valde dubitare, non modo propter Chalifae et praefecti nomina, in aliis eiusdem Chalifae numis vt Borg. I. Nan. I. non obuia; potuiſſe enim haec inſcribi aliquando in quibusdam numis, quis negabit? ſed quod literarum formae aetatem longe ſeriorem manifeſto arguunt, ab iis, quae in aliis Ommiadarum ipſiusque Heſchami numis modo laudatis occurrunt, diuerſiſſimae. Marginis etiam lectio ſuſpecta mihi eſt; nam ante وسط (ſcribendum erat واسط) conſpiciuntur ductus س ſimiles, quae ad درهم, cuius extrema litera etiamnum reſtat, pertinere nullo modo potuerunt. Denique pro احمد in numo eſt ابحمد, quod nemo intelligat. Mem finale م in numis iſtius aetatis nusquam obſeruaſſe memini, nedum in media voce. Mihi quidem ſimilis eſſe videtur Sammanidarum et Buidarum numis et nomen al Moctader Billah aut ſimile praeferre, quanquam cer-

*) Quid ſi olim fuerit in numo الامام المطيع بن المقتدر بالله *Mothi fil. Moctaderi*, detrita fortaſſe in *Mothi* parte ſuperiore literae ط quadratae in Cuficis. Emaddoddaulah eſt Buidarum dynaſtiae princeps, circa a. Heg. 321 ſq. Ahmed frater, cognomine Moezoddaulah, Caramaniae tum princeps erat. vid. *Abulfarag.* Hiſtor. Dyn. p. 309. Coniecturam propono, non quam veram putem, ſed quae fortaſſe ad meliora ducat. — Video nunc in eadem ſententia eſſe virum doctiſſ. *Aſſemanium* Muſ. Cuf. Nanian. P. II. p. LIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0013
DFG

tam lectionem ex incertis ductibus, quos ad suam lectionem ex euanidis literis efformauit vir doctissimus, quis nunc Oedipus diuinando eruat? — Et quoniam semel incidimus in hunc locum, liceat, pace viri doctissimi, de numo eiusdem tabulae 92, similem dubitationem proponere, eadem de caussa profectam. Retulit hunc ad Almamonem Chalifam, et in margine legere sibi visus est: *cusus in vrbe pacis a.* 211. quod e rudibus ductibus vix extricaueris. Non poterat non offendere virum in his rebus peritissimum incondita et rudis literarum forma, ista aetate insolita, quod ita expedit, vt imperitiae tribuat artificis, et e primis tentaminibus et quasi tirocinio officinae Bagdadensis esse dicat. Verum hoc parum satisfacere videtur. Sunt enim diu ante hunc annum numi Bagdadi cusi, iique elegantissimi, vt Kehriani 1. 2. 3. 4. 8. 9. 11. aliique ab a. inde 188-194 et ductus Carmathicos vocis الله P.II. quis in istius temporis numo vnquam conspexit? Denique in ima parte II. fere scriptum esse videtur عـلـي بـويـه, vt ad Buidam principem pertinuisse videri possit. Quae omnia a me non ita dicta esse, vt litem moueam Viro praestantissimo, a quo multum me didicisse lubens profiteor, aut meae sententiae tuendae caussa, ad quam haec ne vix quidem pertinent, facile, spero, persuasurum sibi esse Virum doctiss., qui, qua pollet in hoc studio peritia, fortasse secundis curis hoc examinabit et veram lectionem vindicabit. Sed ad nostros reuertamur.

5. In comparandis Ommiadarum numis, quanquam argumento conveniunt omnes, mira tamen obseruatur in ordine et collocatione sententiarum diuersitas. Scilicet in aliis loci annique nota ponitur in parte I. s. aduersa, quae in aliis legitur in auersa. Porro in aliis inscriptiones sunt breuiores, omisso etiam vrbis nomine, in aliis pleniores; quod fateor diu me tenuisse. Vidi tandem diversitatis caussam in metallo esse quaerendam. *Argentei* omnes prorsus eundem ordinem et numerum verborum sequntur, qui est in Num. I. supra descriptus. *Aurei* contra in area P. I. habent symbolum *non est Deus* &c. in margine encomium Muhammedis

ex

ex Sur. 61. 9. sed breuius vt in n. 6. infra describendo. P. II. legitur sententia ex Sur. 112. sed etiam haec breuior, scil. *Deus est vnus aeternus, non generat nec generatur;* in margine anni nota, omisso vrbis nomine. Omnino horum exemplum est Nanian. I. Originem huic permutationi sine dubio dedit spatii angustia, quod ob longiorem in area Partis II. sententiam, laudes Muhammedis non capiebat, multo minore aureorum orbe, quam argenteorum. Eadem caussa contractorum titulorum. Seruatus deinde mos sub Abbassidis, quamuis non cogente spatio, cum non inscribi soleret sententia Sur. 112. Exemplo sunt Borgiani II. III. IV. VII. Nan. LIV et LIX. et Gotting. VI. quem vid. infra. Etiam Fatemidarum aurei eandem rationem sequuntur *m*). *Aerei* numi sub Ommiadis sequuntur aureos, vt Nan. II. et Part. II. LIV. quippe idem fere vtrisque modulus. Sub Abbassidis variatum; argenteos imitantur Gott. VII. Borg. IX. Nan. LXII. aureos Borg. XVI. XVII. qui non aureus est, vt legitur in *Repert.* XVII. p. 255. sed aereus. Nan. LX.

IV.

Numus argenteus Chalifae Abbassidae Hadi. Muhammediae a. 170. (*p. Chr.* 786). *ineditus.*

Parte I. Area لا اله الا || الله وحده || لا شريك له

Marg. بسم الله ضرب هذا الدهم بالمحمدية سنة سبعين ومية

Parte II. محمد رسول || الله صلي الله || عليه وسلم

الخليفه الهادي

Marg. محمد رسول الله ارسله - - - المشركون vt in num. I.

Explicationem Partis aduersae dedi n. I. In margine est: *in nomine Dei cuius est hic numus in Muhammedia* a. 170. Auersa inscriptionem habet Abbassidarum numis ante Almamonem vsitatam, *Muhammed est Dei legatus, cui Deus sit propitius et benedicat. Chalifa Hadi.* Margo in n. I. explicatus.

m) Vid. v. c. aureum Chalifae Moezledin allah a. 340 in libro laudato *Neue-flies aus der anmuth. Gelehrsamkeit* tab. post p. 320. imo ad dextram loco.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1019739517/phys_0015 DFG

Huius Chalifae, Abbaſſidarum quarti, qui poſt breue 14 mēſium imperium veneno periit, nulli adhuc innotuerunt numi, adeoque hic pro vnico habendus. Cuſus eſt vltimo imperii anno, quo ei ſucceſſit Harum Raſchid frater. Titulus الخليفه raro in numis occurrit, ſunt tamen exempla Kehrian. XVIII. a. 161. et alius eiusdem anni ap. *Eichhorn.* Repertor. XVII. p. 225. Dresdenſis a. 163. omnes nomen Mahadi exhibentes, Kehrian. XIII. an. 180. habet الخليفه الرشيد *). Scilicet ſub his Chalifis nomen principis numis inſcribi coeptum, cum ſub Ommiadis merae ſententiae perſcriberentur. Titulum ſimpliciſſimum Chalifa ſ. ſucceſſor excepit deinde alter, qui frequenter occurrit, non tamen, quantum memini, ante Harunem, Emir elmumenin ſ. princeps fidelium ſ. filius principis fidelium. Caeterum quam parum explorata ſint, quae ab auctoribus Arabicis traduntur, oſtendunt numi modo laudati, e quibus apparet, non Harunem primum fuiſſe, qui nomen ſuum numis inſcripſerit, quod refert *Alſoiuti* (Repertor. IX. 216). Rectius fortaſſe alii, apud eundem, ad Almanſurem referebant huius inſcriptionis originem.

Difficultatem aliquam obiicit vrbis nomen, Muhammedia. Idem legitur in Kehr. VII. a. 192. et XVI. a. 195. ſub Amino cuſis Harunis filio. Kehrius quidem Muhammediam intelligebat Perſiae in Kirman vrbem, cui recte obiecit Reiſke (Ep. 10. *de re num. Ar. Rep.* X. 217) eam vrbem, Darani olim dictam, anno demum 230 Heg. hoc nomen accepiſſe a Chalifa Motawwekkel in patris, Motaſemi, cui verum nomen erat Mohammed, memoriam. Sed Reiſkii quoque coniectura, palatium Amini Bagdadi, ab hoc ipſo, qui etiam Muhammed audiebat, fortaſſe Muhammediam dictum fuiſſe, atque ibi procuſos eſſe hos numos, noſtro numo euertitur, qui a. 170, viginti ante Aminum annis cuſus, idem nomen exhibet. Potius crediderim partem aliquam Bagdadi a Mahadio Chalifa, qui Muhammed proprie vocabatur, Muhammediam fuiſſe dictam, vt omnino varia erant diuerſarum huius vrbis partium nomina.

Nomini

*) Idem tit. fort. legendus in Dresdenſi a. 162. vbi Reiſke legit الملك المهدي *Rex Mahadi*, inaudito apud Chalifas titulo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0016
DFG

Nomini Chalifae ſubiecta fuit litera nunc euanida, quae fortaſſe praefecti rei numariae nomen indicabat, vt in Kehriano XIII جعفر, in aliis aliter. Literae in hoc numo in longos ductus efformatae ſunt, ſed mira elegantia; qualis ſcriptura, a Calligraphis orta, hac aetate in numis frequenter occurrit.

V.

Numus argenteus Chalifae Abbaſſidae Harun Raſchid. a. 171? (*p. Chr.* 787.) *fortaſſe ineditus.*

P. I. vt in praeced. In Margine nomen vrbis, quod fort. fuit Abbaſia, detritum; annus conſpicitur, ... سبعين و م. ex voce praecedente ſuperſunt veſtigia literae د, vt fuiſſe videatur سنة احدي سبعين ومئة a. 171.

P. II. vt in praecedenti: *Muhammed eſt legatus Dei, cui Deus ſit propitius et benedicat;* ſupra et infra ſunt voces, quorum neque ductus neque ſenſum certo aſſequor; prima eſt مرو ſ. قرو, altera ſimilis infimae figurae in Borg. VIII, quod nomen praefecti eſſe putat *Adlerus*. Ductus offerunt ورخر *Varchar*, ignotum nomen et vix Arabicum. Margo conuenit cum praeced. Literarum formae in hoc numo ſingulares ſunt, valde producti et exiles, minus elegantes quam in praecedenti. Similes ſunt Naniani n. 7. 8. eiusdem anni.

VI.

Numus aureus eiusdem Chalifae a. 190. (*p. Ch.* 807). *ineditus.*

P. I. vt n. IV. Symbolum Mohammedanorum.

Marg.

محمد رسول الله ارسله بالهدي ودين الحق ليظهره علي الدين كله

eadem ſententia, quae eſt in auerſa praecedentium, omiſſis tantum vltimis verbis.

P. II. محمد || رسول || الله || الخليفة

Mohammed leg. Dei. Chalifa.

Marg. بسم الله ضرب هذا الدينر سنه تسعين ومئه

In nomine Dei cuſus eſt hic aureus a. 190.

Cuſus

Cuſus igitur ſub Harun Raſchid eodem anno, quo Kehrianus II. ſcil. p. Chr. 807. quo expugnata Heraclea et vaſtata Cypro conditiones accipere coegerat Nicephorum, Graecorum imperatorem. Coniecturas Kehrii, de cauſſa procuſorum numorum, vt inanes omitto. Rariſſimi ſunt aurei huius Chalifae numi, nam quem ill. *Eichhorn* Repertor. XVIII, 255. aureum commemorat, ſcil. Borgianum XVII. aereum eſſe ſupra monitum. Alius huius principis aureus mihi non innotuit. Caeterum, quam ſupra adpoſui obſeruationem de diuerſitate Aureorum ab argenteis in collocandis ſententiis, numus hic, quanquam ſerior, confirmat. Scilicet breuius eſt Muhammedis encomium, omiſſum vrbis nomen, et anni nota in parte auerſa legitur, vt in aureis omnibus. Singulare eſt noſtro, quod inſcriptum gerit titulum Chalifa (الخليفة), nomine tamen non expreſſo, quod ſpatii, vt videtur, anguſtia excluſit. Literae pinguiuſculae peculiarem quendam ornatum habent, additis in extremitate literarum circulis ſiue globulis, fere vt in Borgianis Tab. I. aureis, inprimis n. III. (a. 154 *n*), vt videatur pinguius hoc et ornatius ſcripturae genus in aureis obtinuiſſe. Caeterum ex hac obſeruatione obiter explicari atque defendi poteſt numus aureus, quem poſt Brennerum vulgauit *Aurivillius* in *Nov. Actis Vpſal.* T. II. Tab. IV. 6. quem tam difficilem putabat vir doctiſſ. vt fere pro ficto et ſpurio haberet (p. 95) a veteratore aliquo. Sed eſt is, quod ad ſcripturam ſpectat, reliquorum aureorum huius aetatis ſimillimus, inprimis Borg. III. niſi quod literas habet paſſim detritas. Facilius ſuſpectum habeas *Arigonianum* T. IV. Tab. III. 18. ſed in hoc miri literarum ductus chalcographi debentur ingenio.

VII.

Numus aereus Chalifae Abbaſſidae, fort. Harunis Raſchid anni incerti.

P. I. vt n. IV.

M. de-

n) In indice vtiliſſimo ill. *Eichhorn* Repert. XVII. per errorem relatus ad a. 164.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0018
DFG

M. detritus, apparet tamen ... هذا الفلس بال cuſus eſt *hic aereus in .. (Abbaſia?)*

P. II. *Muhammed legatus Dei.* الله || رسول || محمد. Supra et infra ſunt literarum veſtigia, quae nomen aliquod continuerunt.

Marg. detritus; inſcripta fuit haud dubio ſententia ex Sur. 61. 9. vt n. IV.

Valde conuenit hic cum Borg. 9. aereo, cuſo in Abbaſia ſub Harune Raſchid, ad quem, propter ſimilem literarum formam, etiam noſtrum retulerim. Notandum aereum hic dici فلس, quo nomine vel nunc in Oriente appellantur aerei numi. In Borgiano laudato درهم dici affirmat *Adlerus*, Muſ. Cuf. p. ٥٠. quod dubito, an recte viderit vir doctus, quum et ductus in eo numo manifeſto س oſtendant, nec probari poſſe putem, Dirhem in aereis numis poni, aut, vt ipſi viſum eſt, nomen proprium iis non fuiſſe. In Nanianis aereis *P. II. n. 60-76 et III.* legitur الدينر, quanquam, ſi quid fidendum ſculptoris imperiti imitationi, in N. 63. haud obſcure apparet الفلس.

VIII.

Numus argent. Al. Mamunis, Choraſanae principis, filii Harunis, Balchae a. 195 *(p. Chr.* 811.) *ined.*

P. I. Ar. لا اله الا || الله وحده || لا شريك له

Marg. بسم الله ضرب هذا الدرهم بمدينة بلخ سنة خمس وتسعين ومية *in vrbe Balch a.* 195.

P. II. Ar. لله || محمد رسول الله || ومامر به الامام المامون ولي عهد المسلمين || عبد الله بن امير المومنين الفضل

Deo commendatus ſit Muhammed legatus Dei, et imperio praefectus ab ipſo Imam Almamun, ſocius foederis Moslemorum (ſucceſſor imperii ex pacto) *Abdallah filius principis fidelium. Elfadl.*

Marg. *Muhammed eſt legatus Dei quem miſit* &c. vt num. I.

Eſt hic numus ex genere eorum, qui a filiis principibus Harunis Chalifae, regnante adhuc patre procuſi, magnam difficultatem exhibuerunt Viris doctis, qui inprimis haerebant in voce prima lin. 2, titulo الامام praemiſſa. Diuerſas Kehrii et Reiſkii explicationes, quas hic nolo repetere, collegit ill. *Eichhorn* in Repert. T. XVII. p. 260 ſq. omnes illas aut ſermonis rationibus aut literarum formae aduerſantes. Occurrit ea vox in numo *Amini*, filii principis natu maioris, a. 180. Muhammediae, ap. *Aurivill.* nov. Act. Vpſal. T. II. Tab. III. 5. in *Dresdenſi* a. 182. Bagdadi cuſo (*Repert.* XVII. p. 257), porro in Kehriano XV. a. 185, idem fuiſſe videtur, ſaltim in fragmento numi eiusdem anni ap. *Aurivill.* Tab. III, 4. haud dubie legitur. Eandem vocem exhibent Al Mamunis numi *Kehrianus* V. an. 188. Balchae, alius, eiusdem anni, a Reiſkio deſcriptus, (Rep. XVII. 262), Bagdadi; *Kehrian.* VI. Balch. a. 189. et *Kehr.* XVII. Samarcand. a. 194, noſtro praeter locum et annum *o*) ſimillimus. Quibus omnibus lucem affundit noſter numus, qui elegantiſſimis literis conſpicuus et egregie conſeruatus manifeſto exhibet مالمر به *Diuina gratia imperio potitus.* مالمِر nihil aliud eſt, niſi quod vulgo ſcribitur مومر, orthographia ſolummodo diuerſa, vt etiam مامور ſcribitur, ſeruato Eliph, pro مومور, hic tantum duplex Eliph formam indicat a Conjug. III. ductam. Eſt hic titulus horum principum proprius, quo ante ſuſceptum Chalifatum vſi ſunt, ſeruatus etiam ab Amino, poſt initum Chalifatum, quod docet num. Kehr. XVI. a. 195. Nam in hoc numo male legi وعلاقبته, vt volebat Kehrius, ſatis oſtenſum eſt a Reiſkio, legendum potius, poſcentibus etiam literarum ductibus, ومالمر به الخليفه. Obiter addo, in eodem numo non eſſe العبيد, ſed عبيد, quod merum eſt nomen praefecti rei numariae, recte monente ill. *Eichhorn.* Similia ſunt in aliis جعفر, يحيي &c. Eundem titulum مالمر به legendum eſſe in Kehriano XV, ſupra iam monui, quanquam وخليفه exhibeat Kehrius, efformatis, vt fit, ad ſuam

o) In ill. *Eichhornii* Repert. XVII. p. 266. omiſſa eſt huius numi penultima linea: *Abdallah fil. principis fidelium.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0020
DFG

ſuam ſententiam ductibus *p*). Chalifae nomen a. 185, ſuperſtite adhuc Harune, necdum nominato Chalifatus ſucceſſore, quod a. 187 demum factum, vix gerere potuit Aminus. Confirmat hanc ſuſpicionem, quam ſuboluiſſe iam video acutiſſimo *Eichhornio* numus Aurivillianus eiusdem anni, ſupra laudatus eundem titulum مالامر به exhibens. — Reliqua verba ولي عهد quod ſine dubio eſt in numo, et الفضل, qui Veſirus erat Almamunis, non opus eſt copioſius explicare poſt *Reiskium* et *Eichh.* Repert. XVII. 261. 267. Hoc tantum addo, Balchae cuſum eſſe hunc numum, vt Kehr. V. a. 188. VI. a. 189. XVII. a. 194. in quibus prioribus non ſollicitandam eſſe putem lectionis veritatem, ea de cauſſa, quod anno demum 193 Choraſanae imperium ſuſceperit Almamun. Nam quum a. 186 prouincias filiis principibus diſtribuiſſet Harun Chalifa, poterat ſane a Choraſanae, qui tunc erant, praefectis (erat autem Ali Ebn Iſa) numis Balchae cuſis Almamunis nomen inſcribi honoris et dignitatis cauſſa, aeque ac, aliquot ante annis, Amini nomen in iis legitur, qui Bagdadi prodierunt. Caeterum obſeruandum, in numis a. 193 poſterioribus Almamunem dici الامام, auguſtiori titulo, cum Chalifatus dignitatem propius iam proſpiceret; in prioribus vocatur Emir ſ. princeps, in quibus etiam verba: *Abdallah fil. principis fidelium* ſtatim poſt nomen Almamum leguntur linea 3. Numi Amini principis habent الامير الامين محمد بن امير المومنين, quo modo etiam legendum fuiſſe videtur in numo Dresdenſi a. 182. *Repertor.* XVII. p. 257.

IX.

Numus argent. Chalifae Abbaſſidae 19. *Alcaher billah. Bagdadi a.* 321 (*p. Chr.* 933.) *ineditus.*

P. I. لا اله الا || الله وحده || لا شريك له || ابوالقاسم بن امير المومنين

p) Omnino Kehrius in omnibus iſtis numis diuerſimode expreſſit hanc vocem, pro varietate interpretationis, quam adtulit. Solus recte et fideliter delineauit Aurivillius, cuius tabulae ad praeſtantiſſimas et accuratiſſimas in hoc genere pertinent.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1019739517/phys_0021 DFG

Non eſt Deus niſi vnus, qui ſocium non habet, Abulcaſem filius principis fidelium.

Marg. I. بسم الله ضرب هذا الدرهم بمدينة السلام سنه احدي وعشرين وثلث مبه

Bagdadi a. 321.

Marg. exterior:

لله الامر من قبل ومن بعد ويومبذ يفرح المومنون نصر الله

Deo eſt imperium olim et in futurum; iam laetentur fideles auxilio diuino. e Sura XXX, 4. 5.

P. II. لله || محمد || رسول || الله || القهر بالله

Deo commendatus ſit Muhammed legatus eius, Al-Caher billah.

Marg. vt n. I.

Nomina ex vtraque parte iungenda, Abulcaſem Alcaher billah, quod eſt nomen huius Chalifae, Abaſſidarum 19. qui regnauit annis 321. 322. filius Chalifae Mootaded. Nomen hoc Abulcaſem in hiſtoriis ignotum, quum alias dicatur Muhammed Abu Manzur, ſed ſaepius variant in nominibus ſcriptores orientales. Margo duplex, qualem hic numus exhibet, hac demum aetate in numis occurrit tam Chalifarum, quam Buidarum et Sammanidarum. Primum eius veſtigium in numo Almamunis a. 208. apud Agnethlerum *q*), cuius lectionis de veritate dubitari poſſit, quum pronum ſit ſuſpicari, in numo fuiſſe ثمانين vt ad a. 280 et Chalifam Mootaded referatur is numus. Sed obſtat huic ſuſpicioni, quod ea aetate nunquam omitti ſoleat Chalifae nomen, cuius in hoc nulla mentio. Videmus igitur hanc ſententiam a Chalifis primum numis inſcribi coeptam, ſeruatam deinde ab aliis quoque principibus. Numum eiusdem Chalifae a. 323 refert Reiſke in *Repertor.* XVIII. p. 3. anni, vt ipſe legebat, 323. qui, ſi vera eſt lectio, cuſus eſſe debet anno poſtremo huius Chalifae 322. vt ſequenti anno vulgaretur.

X.

q) In libro: *Beſchreibung des Schulziſchen Münzcabin.* P. IV. p. 41

X.

Numus argent. Chalifae Rhadi billah. Bagdadi a. 302 *f.* 322 (*p. Chr.* 933.) *ineditus.*

P. I. vt N. IV. ſymbolum.

M. بسم .... بمدينة السلام سنة اثنتين ثلث مية

Cuſus in vrbe pacis, Bagdadi, a. 302.

Marg. exterior eandem ſententiam habuit ex Sur. XXX, 4. 5. quae in praecedenti legitur; literae tamen detritae.

P. II. الراضي بالله || الله || رسول || محمد || لله

Deo commendatus ſit Muhammed legatus eius. Rhadi billah.

M. vt n. IV. *Mohammed legatus Dei quem miſit* &c.

Eſt igitur hic numus Chalifae Rhadi billah, Abbaſſidarum XX, cuſus Bagdadi, quae hic, vt ſaepiſſime, religioſo nomine dicitur vrbs pacis ſ. ſalutis. Sed magnam difficultatem facit anni nota 302. cum is Chalifa ante a. 322 imperio non ſit potitus. Dici poſſet, cuſum eſſe hunc numum a Rhadio, patre Moctadero adhuc regnante, vt ſunt numi Amini et al Mamonis, patre Harune Raſchid adhuc ſuperſtite cuſi, v. c. Kehrian. V. cf. *Repertor.* XVII. 259. Verum Rhadi, qui a. 329 obiit tricenarius, anno 302 quem numus praefert, tres annos habere vix potuit. An igitur Moctaderum, ob rem aliquam proſpere geſtam, v. c. recepta Aegypto, quod hoc anno 302 contigit, filii infantis nomen numo inſcripſiſſe ſtatuamus? Mirum tamen eſſet, ſi hoc ſolum inſcripſiſſet; et, quod eſt grauiſſimum, nomine al Rhadi hic princeps, cui verum nomen, Abul Abbas Ahmed ebn al Moctader ante ſuſceptam Chalifatus dignitatem non eſt vſus *r*). Verbo, explicari nullo modo poteſt haec difficultas, niſi dicamus, omiſſam hic eſſe a ſculptore vocem عشرين, poſt اثنتين, vt cuſus ſit numus a. 322. Non deſunt exempla omiſſarum vocum deficiente ſpatio. Sic in Gott. n. VI. deeſſe vidimus nomen Harunis; in numo *Niebuhriano* Tab. X. 3. deeſt vox مية. cf. Repertor. XVII. p. 247. et quod inprimis huc pertinet, in numo *Borg.* XXIII. Regis Siculi Abul Haſſan pro

r) Vid. *Abulfarag.* Hiſt. Dyn. p. 301.

واربعمايه solummodo scriptum est وار. Coniecturae paullo audaciori fidem facit numi scriptura, cuius rudes crassique ductus omne fere spatium expleuerant, cum ad numeros ventum esset. Igitur vox مايه, quanquam minime extrita, male tamen expressa est, vt diuinanda potius sit, quam legenda, reliquae duo defectiue scriptae اثنتين pro ثلث واثنتان ثلاث. Omnino hic numus scripturae in deterius vergentis habet indicia et ad Carmathicam fere accedentis, latioribus literarum ductibus et additis apicibus, quae a prisca simplicitate sunt aliena.

XI.

Numus argenteus eiusdem Chalifae. Bagdadi a. 324 (*p. Chr.* 936.) *ineditus.*

In omnibus prorsus conuenit cum proxime praecedenti, nisi quod annum praefert اربع وعشرين وثلث مايه a. 324. Scriptura etiam, quanquam elegantius sculpta, eosdem habet apices et literarum ornamenta, adeoque ipsa haec similitudo coniecturam nostram de anno praecedentis numi confirmat. Figura, quae Chalifae nomini subiecta cernitur, fortasse praefecti nomen indicat, نصر *Nasr*. Numus, praeter paucas literas, vsu detritas, est integerrimus; caeterum vterque ineditus. Nam Dresdensis a. 324 a Reiskio descriptus *Repertor.* XVIII. p. ٥. non est Chalifae, sed principis Samanidae in Persia cuius; nostri ipsius Chalifae iussu Bagdadi prodierunt.

XII.

Numus argenteus Chalifae Mottaki lillah et principum Hamdanidarum. Bagdadi a. 331 (*p. Chr.* 942-943.)

P. I. لا اله الا الله || وحده لا شريك له || ابومنصور بن
امير المومنين || سيف الدولة || ابو الحسن

Non est Deus nisi Deus vnus, qui non habet socium. Abumansur filius principis fidelium. Seifoddaulah (gladius imperii) *Abul Hassan.*

Marg.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0024
DFG

Marg. inter.

بسم الله ضرب هذا الدرهم بمدينة السلام سنة احدي وثلثين وثلث مايه

cuſus Bagdadi a. 331.

In Margine exteriore detrito et abſciſſo fuit ſine dubio ſententia ex Sur. XXX, 4. 5. vt in Aurivill. a. 330. Tab. III.

P. II. لله || محمد رسول الله || صلي الله عليه || المتقي لله

نصر الدولة || ابو محمد

Deo commendatus ſit Muhammed eius legatus, cui Deus ſit propitius.
Mottaki lillah (Chalifa). *Naſr eddaulah* (Praeſidium imperii)
Abu Muhammed.

Margo detritis literis reliquias oſtendit ſententiae Sur. 61. 9. vt N. IV. Simillimum noſtro numum ſiue aliud exemplar deſcripſit Reiſke in *Repert.* XVIII. p. 8. in quo tamen pro حسن legit حسين *Huſſein*, marginis quoque exterioris mentione non facta. Sed in explicatione nominum, quae in hoc numo occurrunt, diſſentire cogor ab Aurivillio et Reiſkio, qui Abu Manſur nomen Chalifae eſſe putarunt. Verum Chalifa Mottaki, qui a. 329-333 regnauit, quo a Turcis, qui Tuzuno duce, Bagdadum occupauerant, regno oculisque orbatus fuit, in hiſtoriis dicitur *Ibrahim Abu Iſhac.* Abu Manſur igitur potius putauerim nomen eſſe principis filii, qui vxorem duxit, hoc ipſo anno 331. filiam Abu Mohammed, Hamdanidae. Totum igitur ſic legendum: *Mottaki lillah* (Chalifa), et ab altera parte, *Abu Manſur filius principis fidelium. Naſr eddaulah Abu Mohamed, Seifoddaulah Abul Haſſan.* Poſteriores hi ſunt fratres Hamdanidae, qui Moſul, Haleb, Kenneſrin aliasque Meſopotamiae vrbes imperio tenebant, Chalifae tamen auctoritatem agnoſcentes. Nomina iſta Seifoddaulah et Naſr eddaulah, quae praeſidium et gladium ſ. defenſorem imperii notant, a Chalifa ipſis erant impoſita, honoris et grati animi teſtificandi cauſſa, quod a. 330. Chalifam a Dilemitis Bagdado pulſum non modo Moſule excepiſſent, ſed etiam miſſis copiis. Albuhaſano duce fuſisque hoſtibus, Bagdadum reduxiſſent. Mox Naſr eddaulah rebus Chalifae praepoſito, ſiue Emiri al Omra dignitate ornato, cum hi duo res omnes, monetariam quoque, adminiſtrarent, non mirum

nomina

nomina eorum in numis inſcripta fuiſſe. Notabile tamen Chalifae nomen et Hamdanidae principis, natu maioris in parte auerſa potius, quam aduerſa conſpici. Sed non videtur hoc eo valere, vt Abu Manſur pro Chalifae nomine haberi debeat, quum in alio numo a. 330 (*Rep.* XVIII. p. 7.) vtrumque: *Mottaki lillah* et *Abu manſur* eadem parte auerſa legatur; et in Buidarum numis ſimiliter Chalifae et Emadoddaulae nomina in auerſa parte poni videamus. vid. *Repert.* XVIII. p. 11. Caeterum hunc numum ipſius Chalifae auctoritate procuſum eſſe, docet locus Bagdad; alii, qui Moſul praeferunt, ſunt ipſorum Hamdanidarum, in quibus Chalifae et principis Abu Manſur nomen tantum honoris cauſſa nominatur *s*).

* * *

His Chalifarum numis ſubiicio quinque alios a principibus Sammanidis, ſeculo X et XI p. Chr. Tranſoxanae et Choraſanae dominis, quorum plurimi extant numi, Chalificis literarum forma et vniuerſa facie ſimillimi. Magnum eorum numerum exhibuit inprimis *Aurivillius* in *Nov. Actis Vpſal.* T. II. omnesque inter ſe valde ſunt ſimiles, quare in illuſtrandis iis breuiores eſſe poſſumus.

XIII ſiue I.

Numus arg. Principis Sammanidae Iſmael Ben Ahmed ſub Chalifa Almootaded Billah. Schaſch a. 286. *p. C.* 900.

P. I. Area et margo conuenit in omnibus cum n. IV. ſcilicet ſymbolum Muhammedan. habet cum loco et anno:

بلشاش

s) Ad proprios Hamdanidarum numos referendus etiam videtur Dresdenſis a. 329. Vaſeti cuſus, quem putant a Seifoddaulah, rebus Chalifae praefecto cuſum eſſe, contra hiſtoriarum fidem. Nam Emir al Omra demum factus eſt Abulhaſſan Ali anno ſeqnenti. Potius crediderim aut vrbem Vaſet ad ditionem Hamdanidarum tum pertinuiſſe, aut a Chaliſa ipſis conceſſam eſſe numorum in officina Vaſetenſi cudendorum poteſtatem. Amicitiam, quae inter Chalifam Hamdanidasque interceſſit, teſtantur hiſtoriae, et ipſum Abulhaſſanis nomen مـولي (amicus ſ. ſocius Chalifae) in hoc numo, quod ſatis docet, eum tum nondum praefectum fuiſſe Chalifae rebus aut Emiri ſummi dignitatem ſuſtinuiſſe.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0026
DFG

بلشاش (pro بالشاش) سنه ست وثمانين ومائتين
in Schaſch a. 286.

M. exterior, abſciſſus, habuit ſententiam Sur. XXX, 4. 5. vt n. IX. et omnes Sammanidarum numi.

P. II. لله || محمد || رسول الله || المعتضد بالله || اسمعيل بن احمد
Deo commendatus ſit — — Iſmael fil. Ahmed.

M. abſciſſus, fuit laus Muhammedis vt n. I.

Iſmael, Ahmedis filius, auctor Dynaſtiae Sammanidarum, obiit a. Heg. 294. Chalifa Almootaded regnauit ab an. 297-289. et ab Iſmaele honoris nt reuerentiae cauſſa in numis nominatur, quod ſimiliter factum a reliquis Sammanidis Buidisque principibus. Cuſus eſt numus in Schaſch, Tranſoxanae vrbe vltra Sihonem, vbi plurimi cuſi ſunt Sammanidarum numi. Literarum forma eſt valde elegans, quanquam curtatis marginibus et auerſa parte fere detrita. Eiusdem numi exemplar integerrimum deſcripſit Reiſke in *Repertor.* XVII. p. 273. ex quo ſuppleri poteſt noſter. Marginem tamen auerſae Partis non adſcripſit Reiſkius, qui talia vt nota ſaepe omiſit.

XIV ſ. II.

Numus eiusdem principis arg. ſub Chalifa Almoctafi Billah Schaſch a. 292 (*p. C.* 904.) *ined.*

P. I. Omnia communia habet cum praeced. anno tantum diuerſo: cuſus بالشاش, quod hic plene ſcriptum,
سنه اثنتين (اثنتيلن) وتسعين مايتين *anno* 292.
Margo exterior habet ſententiam Sur. XXX, 4. 5.

P. I. vt praecedens: diuerſo tantum Chalifae nomine المكتفي بالله, *Moctafi Billah*, qui an. 289-295. Chalifatum tenuit. Eadem eſt ſcripturae elegantia, detritis tamen paſſim literis, maxime in auerſa numi parte, alioquin integerrimi. Nondum innotuit aliud exemplar, nam quem *Aurivillius* habet Tab. I. n. 4. a noſtro eſt diuerſus, Balchae cuſus, quanquam eiusdem anni.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0027
DFG

XV ſ. III.

Numus arg. Principis Sammanidae Ahmed ben Iſmael, ſub Chalifa Almoctiader. Schaſch a.299 (p. C. 911-912.)

Vtriusque partis area et margines prorſus conueniunt cum praecedenti, niſi quod cuſus eſt سنه تسع وتسعين ومايتين a. 299. et P. II. nomina habet المقتدر بالله احمد بن اسمعيل. Almoctader Billah, Chalifa Abbaſſida 18. ab a. 295-320. Ahmed filius et ſucceſſor Iſmaelis, pleno nomine Abunazer Ahmed ben Iſmael, quo adpellatur in ſequenti numo. Duos eiusdem anni et loci numos commemorat *Aurivill.* l. c. p. 87. non delineatos. Similis eſt noſter Aurivilliano Tab. I. n. 8. a. 296.

XVI ſ. IV.

Numus argent. eiusdem principis ſub eodem Chalifa. Anderabae a. 299 (p. Chr. 911-912.)

Omnia communia habet cum praecedenti, niſi quod parte I. ſubiectum legitur nomen ابونصر *Abunazer*, quod iungendum cum *Ahmed ben Iſmael* P. II, plenum efficit nomen principis. Cuſus eſt بانديرة *Anderabae*, vrbe prouinciae Gilan haud procul mari Caſpio alio nomine Anderab (ſine ö) ſiue Abherab, quae Sammanidarum imperio tum ſubiecta erat. Margines numi exteriores valde detriti ſententiarum veſtigia ſaltem ſeruant. Aliud eius exemplar deſcripſit Reiſke *Repert.* XVII. p. 281 ſq. omiſſa, vt ſolet marginum lectione. Scriptura numi non inelegans, ornamentis tamen quibusdam et flexibus literarum inſignis, quos in aliis quoque Sammanidarum numis obſervaui, v. c. م finalis forma primum occurrit in n. XIII. a. 286. et deinde in aliis. In hoc n. XVI. notabilis eſt vox احمد connexis literis, ad Neſchi accedentibus, exarata, qualia in aliis etiam huius aetatis numis occurrunt, ante nouatam ab Ibn Mocla ſcripturam.

XVII

XVII f. V.

Numus arg. principis Sammanidae Naſr ben Ahmed, ſub eodem Chalifa, fort. Anderabae a. 301 (*p. C.* 913.) *ined.*

Vtriusque partes lectiones conueniunt cum praecedenti, ſ. n. XIII literae tamen marginum et informes et valde detritae, vt locum et annum certo eruere non liceat. Fuiſſe tamen videtur باندربة سنة احدي وثلث مية *Anderabae a.* 301. in Parte II. Chalifae nomen fuiſſe videtur مقتدر بالله *Moctader billah.* Principis nomen certo eſt نصر بن احمد. *Naſr filius Ahmedis*, patri, a militibus interfecto, ſucceſſit a. 301. et principatu vitaque deceſſit a. 331. Plures eius extant numi ab a. 301-324. Noſter, ſi verum eſt Moctaderi nomen, quod contra morem ſine articulo ſcriptum eſt, ante 320 cuſus eſſe debet, quo is eſt interfectus. Sed nihil hic certi propter rudes et inconditos literarum ductus, quae inſignem artificis teſtantur imperitiam. Scilicet is primam iineam P. I. ١٧ الله ita inſculpſit typo, vt a ſiniſtra ad dextram procedant literae, et duae lineae quaſi βουστροφηδον ſcriptae appareant, quod in nullo alio numo obſeruaui. Perigraphen etiam, quae locum et annum indicabat, ita grandibus et craſſis exarauit literis, vt vix ſuffecerit ſpatium perſcribendis ſingulis verbis, et, quam ſupra propoſui, lectionem, ex ſingulis literis diuinando potius quam legendo eruere neceſſe fuerit.

INDEX

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0029
DFG

INDEX NVMORVM
QVI HAC COMMENTATIONE ILLVSTRANTVR. *)

Numi Chalifarum Ommiadarum.

I. Solimanis, a. 98 (p. Chr. 716) Damasc. (*) Pag. 5
II. Jezidis, a. 102 (720) Damasc. (*) 7
III. Valid, a. 126 (743) Vaset. —

Abbasidarum.

IV. Hadi, a. 170 (786) Muhammediae. (*) 13
V. Harun Raschid a. 171 (787) (*) 15
VI. Eiusd. *aureus* a. 190 (807) (*) —
VII. —— *aereus* a. incert. 16
VIII. Almamonis, a. 195 (811) Balch. (*) 17
IX. Alcaher billah, a. 321 (933) Bagdad. (*) 19
X. Rhadi billah, a. 322 (934) Bagdad. (*) 21
XI. Eiusd. a. 324 (936) ibid. (*) 22
XII. Mottaki lillah et Hamdanidarum, a. 331 (942) Bagd. —

Principum Sammanidarum.

XIII. Ismael ben Ahmed, a. 286 (900) Schasch. 24
XIV. Eiusd. a. 292 (904) ibid. 25
XV. Ahmed ben Ismael, a. 299 (911) ibid. 26
XVI. Eiusd. a. 299 (911) Anderab. —
XVII. Nasr ben Ahmed, a. 301 (913) ibid. (*) 27

*) Numi omnes sunt argentei, praeter eos, quorum diserte notatur materia. Asteriscus ad marginem additus, ineditum esse indicat. Tabulae adiectae sunt, quantum fieri potuit, accuratissimae.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0030
DFG

COMMENTATIO ALTERA

NVMOS DYNASTIARVM COMPLECTENS.

In priore Commentatione, AA. qua Chalifarum et Sammanidarum numos expoſui, haud plane infeliciter defunctus eſſe videri poteram ſuſcepto negotio; quippe ex iſta aetate et plures numi extant, et vigente Arabum imperio ſtudiisque, ſatis copioſa ſupereſt rerum geſtarum memoria, quae lucem accendat numorum titulis. Accedit quod vniformi et conſtanti literarum genere ſimillimisque titulis inſcripti ſunt, vt, qui paucos recte legerit, facili negotio reliquos expediat. Sed in Dynaſtiarum numis, a diuerſis Aſiae principibus poſt ſolutum Arabum imperium, procuſis, plures occurrunt difficultates, quae ab incepto me deterruiſſent, niſi animos adderet et Veſtra humanitas et quoddam, quod in me eſſe fateor, harum rerum ſtudium. Sunt enim hi numi primum literis inſcripti informibus et calamiſtratis, Carmathicas dicunt, a priſca ſcripturae Cuficae ſimplicitate valde diuerſis; tum variis titulis, qui in ſingulis prope numis diuerſi ſunt, omiſſa plerumque aut temporum iniuria euanidis anni vrbisque notis. Porro pauci innotuerunt dynaſtiarum numi, niſi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0031
DFG

forte Selgucidarum et Ortocidarum, vt desint adiumenta interpretationis. Sed quod est grauissimum, multi sunt numi, quorum auctores in historiis frustra requiras, quas ex Mongolorum aetate, quam tanta insecuta est principum et Dynastiarum multitudo, valde habemus imperfectas; atque ex hac tamen aetate plurimi sunt eorum, quos hac commentatione illustrare adgredior. Mihi igitur hoc inprimis propositum fuit, vt ad certas classes singulos, quantum fieri posset, reuocarem, et quam lucem aut praebeant aut negent historiae, ingenue indicarem; ea autem, quae legi aut explicari non possent, intacta potius relinquerem et accurate delineata permitterem peritiorum iudicio, quam diuinando aut fingendo obscurarem.

Praemitto obseruationes aliquot, quae ad hos numos vniuerse spectant. Primo memorabile est, in hoc numero plures esse eiusdem familiae et fere eiusdem regis, vt Chowaresmicos XVII. Turcomanicos XIII. Contra e pluribus dynastiis, Ortocidarum, Buidarum, Aiubitarum, Fatemitarum nulli inter Gottingenses reperiuntur. Plurimi praeterea sunt serioris aetatis, circa Timuris tempora, ex quibus nulli alias commemorantur numi. Ex quo patet quam insigne hinc accedat rei numariae orientalium supplementum. Inediti fere sunt omnes, si paucos excipias n. 1-4. et n. 27. Omnino saepe obseruaui in certis numothecis fere cognatos numos reperiri, prout ex his vel illis locis conquisiti sunt, quibus forte fortuna haeserunt, vt Sammanidarum numi in Suecia, Ortocidarum in Arigonianis, hic Tatarici. --- Porro scriptura et vniuersa numorum facies valde diuersa est a Chalifarum numis, vt primo statim obtutu dignoscantur. Quippe videntur hi principes Turcici non Arabicis vsi esse artificibus vt Chalifae Bagdadenses, Buidae et Sammanidae. sed sculptoribus de sua gente. Hinc primo rudes, horridi et informes literarum ductus, porro imagines et figurae, quas in Arabum numis non reperias; hinc denique insolita orthographia, vocibus ad pronunciationem vtcunque efformatis, v. c. العـطـم aut العاطـم pro العـطـيـم et alia; qua de re semel monuisse sufficiat, me perpetuo expressisse numi scripturam, ne quis putet talia esse scriptionis aut operarum vitia.

Sed

Sed de scriptura horum numorum hoc etiam monendum, duplex obtinere scripturae genus, alterum e Cufica ortum et huic proximum, nisi quod apicibus quibusdam ductibusque et quasi calamistris ornatum sit, quod fere reperitur ea parte quae sententiam Coranicam vel Chalifae nomen gerit; alterum vulgari scripturae, Neschi dicunt, propius, crassioribus tamen literarum formis. Haec perpetuo occurrit in principum titulis ab altera numorum parte et in perigraphe. Exempla sunt Numi Selgiucidarum, Hulagidarum et Tatarici N. 30-40. cf. Borgianos 54-56 et nostros 55-57. item Sammanidarum num. 16. Com. I. illustratum. Scilicet post inuentum commodius scribendi genus Sec. IV. Hegirae ineunte, hoc etiam in numis adhiberi coeptum, seruata tamen in iis, quae ad religionem spectarent antiqua scriptura. Verum barbari artifices hanc suo modo exornarunt, vnde sensim extitit illud scripturae genus, quod, nescio quo iure, Carmathicum dicunt. Quamquam hoc elegantiarum genus non tam hominum quam temporum est vitium, quibus, sepulta graeca elegantia et romana magnitudine, in peius ruebant artes, et in gratae simplicitatis locum succedebat puerilis quaedam et operosa ornamentorum adfectatio. His igitur seculis in Occidente pro vetere romana, quadrata illa et acuminata scriptura, quam Gothicam dicimus, inuenta, atque ipsos Graecos, quasi contagione tactos, simplices literas apicibus ornasse aut potius onerasse videmus v. c. in numis Byzantinorum. Quid quod Hebraeorum quadrata scriptura in hanc aetatem incidit. Apud Arabes etiam dudum a fine Sec. II. Hegirae similia occurrunt literarum in numis ornamenta, vid. Tab. I. n. XI. et Tab. II. quibus transitus sensim factus ad inuenustam illam in Dynastiarum numis scripturam.

Ad propria horum numorum pertinent etiam marginum ornamenta, tituli quibus reges et principes, sub quorum auspiciis procusi sunt, salutantur, vocum quoque et literarum dispositio, in quibus omnibus mire variauit artificum ingenium. Diacritica literarum puncta subinde occurrunt, nulla tamen constantia adiecta, et nusquam lineola, vt fit in Mstis cuficis antiquissimis, indicata. Primum punctorum exemplum est numus Chodabendi n. 26. Sec. 8. Heg. init. Sed de his alibi fortasse ex instituto differere licebit. Hoc tantum

addo de pretio horum numorum nihil certi constare. Sunt fere omnes, si Selgiucidarum et Hulagidarum argenteos excipias, minoris moduli, et nisi pretio, at pondere saltem antiquis Arabum drachmis inferiores; isti vero, inprimis ab Hulagidis procusi, Drachmas pondere superant.

I. *Numi Selgiucidarum Iconii.*

1. *Numus argenteus Caicobad, Regis Iconii Selgiucidae IX. a. 625. p. Chr. 1227.*

Parte I. السلطان العظم | علاالدنيا والدين
كيقباد بن كيخسرو

Sultan augustus, gloria mundi et religionis, Caicobad fil. Caichosru. In margine est tantum:

ضرب هذا درهم *Cusus est hic numus*-- reliqua desunt, abscisso margine.

Part. II. الامام | المستنصر | بالله امير المومنين

Imam, Mostanser billah, princeps fidelium. Inter lineas duae stellulae positae.

Marg. سنه خمس عشرين [وست] مبه *a. 625.*

Caicobad regnauit a. 616-634 (p. C. 1219-1236) aut secundum Chondemir, 610-636. Mostanser billah Chalifatum tenuit ab a. 623-640. Vrbis nomen non apparet. Similis est Borgianus 99. a. 616, elegantior tamen Gottingensis. Hoc tantum moneo, in isto numo non recte legisse V. Rev. Adler, (Mus. Cuf. p. 158.) دينار, numus enim est argenteus, et haud obscure apparet الدرهم in ipsa numi effigie.

Ad eundem regem refero numi aenei fragmentum in quo legitur - - - علاالدين - - - - رسول [محمد] Parte II. nihil certi eruitur; scriptura tamen simillima et nominis ratio eundem in regem arguit.

2. *Numus argenteus Regis Iconii Caichosru, Selgiucid. X. anni incerti.*

P. I. السلطان الاعظم | غياث الدنيا والدين كيخسرو
[بن] كيقباد

Lux mundi et religionis Caichosru fil. Caicobad

in margine est ستمبه ---- ضرب بقونيه Cusus Iconii

P. II. leonis effigies cuius dorso solis imago imminet, duabus inter crura stellulis. Supra scriptum:

الامام المستنصر بالله امير المومنين

Imam Monstanser Billah, princeps fidelium.

Numis hic decimi Iconii regis a pluribus illustratus est ex Abulfaragio Hist. Dynast. p. 487. lat. 319. qui miri emblematis caussam exponit. Plura eius extant exempla paullum inter se diuersa, vt aeneus ap. Barthelemy Mem. de l'acad. des Inscr. T. XXVI. p. 568. de Guignes, Hist. des Huns. T. I. p. 246. Porro in Borgianis, n. 33. argenteus, Nanianus, 43. Proxime accedit Gottingensis ad primum, a Deguign. descriptum et Borgianum quem, laudat Adler p. 60. Mus. Borg. qui fortasse est eiusdem anni.

3. 4. *duo exemplа numi aerei, reginae Georgianae Tamar Selgiucidarum Vasalli, Sec.* 13.

P. I. Figura hastae similis (fortasse signum militare) circumiectis litteris Georgianis antiquis s. sacris, quae nomen regis Georgiani exhibent.

P. II. السلطان العاظم | جلالالدنيا و الدين | علا دين [pro علا الدين] كيقباد ظهير المبسر

Sultan augustus Gloria mundi et religionis Alaeddin Caicobad, Socius s. adiutor benignus.

Conuenit hic numus cum iis, quos dedit Arigonius Tom. IV. Tab. 13. n. 37. Tab. 17. n, 74, male delineatis literis, vt solet. Hoc discimus ex hoc numo, quod nescio an sit literis proditum, subditum fuisse regnum Georgiae Selgiucidis Iconii. Hic enim Caicobad, supra n. 1. memoratus splendidis titulis ornatur in numo a rege quodam Georgiano procuso, quem fuisse Tamarin reginam, didicisse mihi videor ex Borgiano n. 32. in quo vtrinque similes tituli leguntur. Manifesto conspiciuntur hic elementa T. R. iisdem fere quibus in Borgiano ductibus, ad sinistram partem figurae. Tamar igitur Georgiae regnum tenuit sub auctoritate Selgiucidarum et cum Tamari successerit filius Georgius a. 1220, (Mus. Cus. Borg. p. 164) sequitur intra a. 1219 aut 1220 cusum esse hunc numum, quibus solis aetas Sultani cum Tamaris regno coincidit. Caeterum scriptura arabica

arabica ſculptoris imperitiam prodit, vt facile accedam Viri. Rev. Adleri ſententiae, in Borgiano Gelaleddin apparere pro Alaeddin. Borgiano ſimillimus eſt Arigonianus 42. Tab. XIV.

§. 6. *Numi aerei duo regis Georgiae* ſ. potius *Reginae Ruſudan Selgiucidis ſubditae.*

P. I. Duo quadrata decuſſatim poſita, vt octagonum efficiant. Inſcriptae areae et margini literae Georgianae veteres.

P. II. الملك الملوك الملك | جلالالدنيا والدولة والدين
[خ]سرو - - - الظهر المؤيد - - - -

Rex regum, rex, gloria mundi et regni et religionis - Chosru auxiliator benignus. reliqua non leguntur; fort. fuit علاالدين

Manifeſtum igitur etiam hunc numum a rege Georgiano, Selgiucidarum maieſtatem agnoſcente, cuſum eſſe. Ad quae tempora ſpectet, incertum, quoniam detritis numi marginibus mutila eſt ſcriptura. Videtur tamen ſcriptum fuiſſe, ſi ductuum reliquias ſupplere velis diuinando: كيخسرو بن علاالدين. qui fuit decimus Iconii rex, n. 2. memoratus; adeoque cuſus eſt hic numus a. Heg. 636-644. (p. Chr. 1238-1246) quo is a Mongolis regno exutus fuit *).

II.

*) Poſtquam haec ſcripſeram peruenit ad me explicatio inſcriptionis Georgianae, quam inſigni Eminentiſſ. Cardinalis Stephani Borgia humanitati, et Reu. Autandil Armeno-Georgiani, Archiepiſcopi Teflisenſis, doctrinae debeo. Hic vir doctiſſimus non grauatus eſt huius et ſequentium duorum numorum titulos, quos delineatos transmiſeram, examinare et obſeruationes ſuas commentario, italice ſcripto, mecum communicare, quarum ſummam, additis noſtris monitis, hic adſcribo

ad. N. 3. 4.

1. duae literae, ad ſiniſtram figurae quae medium numum occupat, ſunt T. R. prima et vltima contracti nominis *Tamar*, quae fuit *Mepe* ſiue Regina Georgiae. Plura de hac addere iam non licet, cum ad manus non ſit liber *Kartli Zchovreba* vita Kartli h. e. hiſtoria Georgiana.
2. Crucis figura his literis impoſita ſymbolicam aliquam ſignificationem habere videtur. Reſpicit fortaſſe viſum coeleſte, quale Conſtantino oblatum fuit. [Simplicius fortaſſe fuerit, notam Chriſtianae religionis, quam profeſſa ſit regina, intelligere.]
3. Figura in medio poſita, quid ſibi valeat, non conſtat; certum eſt neque hanc neque iſtam figuram apud Georgianos amplius in vſu eſſe.
4. Globus cruce impoſita eſt Regni Georgiani inſigne, quod vel nunc inter regni inſignia conſeruatur. [Confirmant

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0036
DFG

II. *Imperatorum Chowaresmicorum.*

N. 7 - 18.

Ad hos referendos esse puto 1) *numos aereos* XII numero, aut numorum potius fragmenta. Sunt enim quidam dimidiati, omnes marginibus mutili. Inscriptiones in omnibus

P. I. السلطان العاظم لبعظم P. II. جلالالدنيا والدين

Sultan augustus, lux mundi et religionis siue *Gelaleddin.*

Marginum inscriptiones omnes truncatae; in vno tantum restat ثلثو - عشرين in alio - - و عشرين quod si esset وست مبه nec annus 623 [p. C. 1226.] nec nomen in quemquam alium conuenit, nisi in Gelaleddinum, vltimum Chowaresmiae principem, factis, calamitatibus et virtutibus illustrissimum. Etenim quamuis hic titulus Gelaleddin pluribus Asiae principibus fuerit communis, nulli tamen alii ita

mant hanc obseruationem numi Georgiani recentiores Heraclii principis, alio tempore a me proferendi.]

5. Elementum quod ad dextram partem praecedentis figurae conspicitur, itidem est litera T. veteris scripturae Georgianae, quae aut vocis alicuius initium indicat, aut numeralis notae IX. locum sustinet, quod fortasse annum reginae nonum innuit. Reliqua obscura, non satis manifestis literarum vestigiis. [De aetate numi et lectione partis arabicae mecum consentit. Scilicet legi Alaeddin Caicobad, quem eundem esse, qui in Borgiano dicitur Gelaleddin, ap. Deguignes T. I. P. I. p. 246 Alaeddin.]

ad N. 5. 6. haec notat.

» Literae Georgianae in medio numo sunt R. S. N. quod si plene scribas [latine scribo, quum Georgianarum literarum formis destituamur] est *Rusudan*, quae videtur eadem esse, cuius mentio facta in Museo Borgian. p. 164.

Tamaris filia, Georgii Lascia soror, etiam illa Georgia regina, quae fratri Georgio successit a. 1224. p. C. vid. Deguign. l. c. Aetas numi dubia. Duo sunt reges Selgiucidae post Alaeddinum qui nomen gesserunt Cai - Chosru, alter decimus Iconii rex, alter duodecimus Caichosru fil. Soliman ab a. 1267 1283. Quorum vter hic intelligendus non definiri potest, quum non constet, quot annos regina Rusudan regnauerit. [Probabilius tamen ad priorem referas, extantibus, vt supra monui, nominis Alaeddini patris vestigiis, et attritis post a. 1236 a Mongolis Selgiucidarum rebus. Profecto vix credibile Georgianos principem suspexisse infantem, cui tutor additus a Mogolis et vita erepta adolescenti. Caeterum gratum mihi fuit coniecturas meas, supra propositas, viri doctissimi suffragio comprobari, quamquam vel has eidem auctori deberi, ex iis, quae iam olim in Museo Borgiano p 161 sq. praeiuerat, depromtas, gratus profiteor.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0037
DFG

ita fuit proprius, vt veri nominis instar esset. Vnus est Gelaleddin, Gauridarum in Chorasana vltimus; verum hunc excludit *vicenarius*, qui in numis apparet, numerus, cum eorum imperium annis Heg. 545-609 terminetur. Quod si igitur recte haec statuuntur, magni haberi debent haec fragmenta, cum egregii huius principis nulli adhuc, quantum sciam, reperti sint numi.

N. 19 - 23.

2) Sunt praetera V numorum aereorum fragmenta, qui P. I. eundem Gelaleddini titulum praeferunt *arabice*, altera parte siue, in margine scripturam Georgianam, antiquam. In vno tantum, nam reliqui aerugine obsiti sunt, legere mihi videor الملك جلال الدنيا والدين, منكبرنا, quod esse videtur cognomen huius principis, *Mankberni*, [de quo vid. *Herbelot.* Bibl. Or. voc. Gelaleddin], si tamen his literis illud nomen scribitur, nusquam enim arabice scriptum offendi*). Bene huic conuenit scriptura Georgiana, quippe Georgiam siue Iberiam expugnauit, vt videantur bilingues hi numi a principe Georgiae siue praefecto, Gelaleddini imperio subiecto, procusi fuisse, circa a. Heg. 624. (p. Chr. 1226.)

N. 24.

3) Ad Chowaresmiae principes spectat fortasse *nimi argentei* fragmentum, quo P. I. legitur.

سلطان ال - - جلال الدنيا والدين محمد ملك ح - -

Sultan — gloria religionis Muhamed rex Ch —

P. II. ضرب دار الملك - - - - حمد *Cusus in* — reliqua non adsequor. *Pergami* legebat Vir arabice doctiss. Reinegg, in indice, sed literae ن nullum ego video vestigium. *Muhammedes* ille potuit esse Chowaresmiae Rex Gelaleddini pater, a Mongolis imperio pulsus a. 617. (p. Chr. 1220.)

III.

*) In Chronico Syriaco Barhebraei p. 487. est ملي جنك. Scil. ى pro ك arabico ponere solent Syri.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0038
DFG

III. *Mongolorum in Perſia ex ſtirpe Hulacuchan.*

N. 25.

Numus argenteus minor Mohammedis Chazan Chan, XII. Perſiae imperatoris, anni incerti.

P. I. لا اله الا الله محمد رسول الله *Non eſt Deus niſi Deus vnus, Muham. leg. Dei.* circa haec fuerunt nomina IV Imamorum Sunniticorum. Reſtant tantum ابوبكر . . . . علي *Abubecr. — Ali.*

P. II. الاعظم ضرب - - - - (*Sultan*) *auguſtus.*

- - سلطان محمد بهادر بغدد خان خلد ملكه *Sultan Muhammed Behadir Chan cuius regnum ſit perpetuum. Cuſus Bagdadi.*

His quae figura quadrata incluſa ſunt, circumdata fuit marginalis lectio, quam exſculpere non licet, detrita marginis parte. Ad mongolicos pertinere hunc numum docet et ſimilitudo cum iis, qui mox ſequuntur, et Chani titulus Mongolis Tatarisque proprius. Muhammed ille vix alius poteſt eſſe niſi XII. Perſiae rex, qui ſuſcepto Iſlamiſmo Muhammedis nomen adoptauit. Regnauit a Heg. 694-703. (p. Chr. 1295-1303.)

Bahadir Chan hic non tam eſt nomen proprium, quam honoris titulus, quo etiam vſus eſt Abuſaid, vltimus Hulacidarum in Perſia, qui tamen Muhammedis nomen non geſſit. Bagdad vrbs, quam praefert hic numus, quanquam ab Hulaco vaſtata, ſenſim tamen priſtinum florem recuperauerat, et haud multo poſt, Timuris aetate, inter florentiſſimas Aſiae vrbes eminebat. Extant etiam numi Abuſaidi, Bagdadi cuſi. Numus ineditus et rarus. — Ad hunc principem ſpectat fortaſſe etiam numus infra Claſſ. VI. n. I. deſcribendus.

26. *Numus argent. Chodabendi XII. Perſiae imperatoris.*

P. I. لا اله الا الله | محمد | رسول الله | علي ولي الله

Non eſt Deus niſi vnus. Muhammed legatus Dei. Ali amicus Dei. Circa adſcriptum. بسم الله الكريم *in nomine Dei benigni.*

Marg. Nomina XII. Imamorum, quos Sciitae venerantur. Sed ſingulari modo ſcripta ſunt haec nomina nec vſquam alibi obuio. Scilicet incipiendo ab imo, vbi in area eſt vox علي, ita legitur:

اللهم مرس محمد وعلي وكر وكى (وحسن وحسين pro)
وعلي ومحمد جعفر وموسي وعلي ومحمد وعلي
ومحمد واكد (وحسن pro) ومحمد.

h. e. *per Deum ---- Muhammed et Ali et Haſſan et Huſſein* (alii enim hi eſſe non poſſunt, alter cognomine Taki alter Schehid martyr, dictus.) etc. Qui eſt vndecimo poſt *Ali* (*Naki*) loco, per errorem toreutae e praecedenti irrepſiſſe videtur, quum hic nullum Muhamedem agnoſcat Imamorum ſeries. Nomine duodecimo Haſſan Aſkeri indicari prodit ductuum cum prioribus ſimilitudo, quanquam literae ſint plane ſingulares. Vltimus eſt Muhammed Mahadi المهدي dictus, quippe qui adhuc viuus, aliquando compariturus creditur Moslemicorum ſuperſtitioſis.

P. II. ضرب (في) ايام دولة المولي | السلطان الاعظم الملك | الامام
والخجابتو سلطان | الدنيا والدين خدابنده محمد |
خلد الله ملكه

Cuſus ſub regno domini Sultani auguſti Regis, Imami et magni imperatoris, Domini mundi et religionis Chodabendeh Muhammed; cuius regnum Deus ſeruet.

Margo ſcripturam habet literis minutiſſimis vulgaris formae, quam Neſchi appellant, anni notam, vt puto, indicantem; ſed ipſa tenuitate oculos fugit, inprimis vetuſtate paſſim exeſa. *)

Numus ad rariſſimos pertinet et vnicus eſt huius imperatoris. Chodabendeh Muhammed XII^mus^ fuit Perſiae poſt Hulacum rex. Qui patri Chazano ſucceſſit a. Heg. 703-716 (1303-1316.) Muhammedis nomen religioſum eſt, quod Iſlamiſmum profiteretur, a parente primum ſuſceptum. Idem dictus Algaitu ſiue Algiaptu Mongolica

*) In numo Naniano CVI. ſimillimo infra eſt anni nota, ضرب ببغداد سنه عشره وسبعماية. *Bagdadi 710.* (1310.) Supra: لله الامر من قبل ومن بعد e Sur. XXX. 4. quae hic fortaſſe ſunt ad latus dextrum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0040
DFG

golica voce; *Magnus imperator* (vid. Herbelot Bibl. or. h. 1.) quam *Algiaptu*, efferendum esse docet punctorum in hoc numo collocatio. *Be* literam Persae duriuscule pronuntiant interdum, quod nunc tribus punctis [ﺑ] distinguunt. — Chodabendeh esse persicum nomen, (*Dei cultorem* sonat) vix opus est monere. Plenis igitur titulis et nominibus in hoc numo appellatur, nisi quod pro Ghiateddin, quo referunt auctores, hic est *Sultan eddinia vaeddin*, raro exemplo *), sed fastum huius principis indicante, qui etiam Imami titulum, Chalifis alias proprium, sibi arrogat; quippe Hulacidae extincto ab Hulaco Chalifatu hanc dignitatem sibi sumserunt, inprimis post receptum Islamismum.

In prima parte notabile est *Symbolum Sciitarum*, quod, in serioribus Persiae numis solenne, hic primum occurrit. Scilicet fauebat hic princeps Sciitarum siue Alidarum partibus, fortasse ob antiqua huius sectae merita, cuius ope aut perfidia Bagdado potitus olim fuerat Hulacus. vid. Herbelot. v. Algiaptu. Igitur quae ex historicis ibi refert Herbelotius, Chodabendum primum formulam Sciiticam numis inscripsisse, numus hic, indubius testis confirmat **).

27. *Numus argenteus Abusaid, XIII et vltimi Hulacidarum in Persia.*

P. I. لا اله الا الله | محمد | رسول الله. Solennis formula, circa adscripta sunt, nomina IV. Imamorum Sunniticorum.
ابوبكر عمر عثمان علي *Abubecr, Omar, Osman, Ali.*

P. II. (ضرب) السلطان الا (عظيم) | ابوسعيد بهادر خان |
خلد الله ملكه | خ ر س ن

*) Opportuno mihi oblatum est, similis tituli exemplum in Azzeddin Ebn al Athir Historia Atabeckorum Syriae, excerpta a Deguignes in *Notices et extraits des MSS. de la bibl. du Roi*, p. 578. Is scilicet Mausolae principem Malec al Caher (qui Syriae praefuit ab a. 607. p. Chr. 1210.) inter alia adpellat: *Gloriam mundi et religionis Sultanum Islamismi et Moslemorum*, hoc est arabice:
جلال الدنيا والدين سلطان الاسلام والمسلمين

**) Postquam haec scripseram peruenit in manus meas *Musei Cuf. Nan.* Pars II. quae duos numos exhibet n. CVI. CVII. nostri simillimos, sed male delineatos et a Cl. editore in plurimis minus recte lecti, detritis literarum ductibus. Iudicabunt peritiores vter rectius viderit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0041
DFG

Sultan augustus Abusaid Bahadir Chan cuius regnum Deus conseruet. Cusus - - - Vltimam vocem, quam non intelligo, Adlerus in Borg. 54. simillimo legit توريز Tauris, quam lectionem ductus respuunt in Gottingensi, in alia fortasse vrbe cuso. Abusaid Bahadir Chan regnauit a. 716 - 736 (p. Chr. 1316 - 1335.) Anni nota, quae *margini* inscripta fuit minutis literis, aerugine qua tota haec pars obsita est, euanuit. Apparet tantum سبع مايه. 700. Nostri simillimus est numus aureus a Niebuhrio vulgatus descript. Arab. Tab. X. n. 1. in quo legendum erat سبع وعشر وسبع مايه et ضرب بغداد.

28. 29. *Duo numi argentei eiusdem principis.*

P. I. Vt in praecedenti, hoc tantum discrimine, quod nomina Abubecr etc. non in margine sed in ima numi parte leguntur. Quae in Margine fuit inscriptio in altero numo prorsus euaruit, in altero ex sinistra saltem parte apparet hunc in modum: السمنع السو Quae fateor me non intelligere. *)

P. II. ضرب ا في ايام دوله السلطان | الاعظم ابوسعيد |
خلد الله ملكه. نعمه (الدب) الله

Cusus sub regno Sultani augusti Abusaid, cuius regnum Deus perpetuum faciat gratia Dei. Vox vncis inclusa obscura.

In margine extant ex anni nota reliquiae مايه . . . . ضرب Vterque numus sola verborum P. I. dispositione diuersi, adeoque non eiusdem typi; alter P. II. aerugine obsitus; in qua praeterea inter lineas exilibus literis cernitur vrbis nomen (f. تبريز) . . . . ضرب

IV. Numi Principum Tataricorum siue Turcmanorum inter Abusaidi et Timuris tempora.

30 - 40. *Numi argentei* numero XI, inscriptionibus inter se similes, et ad vnum eundemque principem referendi, qui in quibusdam dicitur *Mohammed Chan.* In omnibus legitur literis valde rudibus,

P. I.

*) Eundem numum protulit Assem. Mus. Cuf. Nan. P. II. N. 108.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0042
DFG

P. I. السلطان العادل | غياث الدنيا والدين | (محمد) خان خلد ملكه

Sultan iuſtus, auxilium mundi et religionis, Ghiateddin Chan, cuius regnum deus ſeruet. In duobus ante Chan additum محمد Mohammed; in aliis duobus لولا quod non adſequor.

P. II. (in aliis الله) ضرب الملك لله. *Regnum eſt Dei, Cuſus . . .* vrbis nomen, quod ſub ductibus افردو latet, obſcurum: Africam non (eſſe افريقيه) oſtendit vnus in quo praecedit س ſiue سر. Omnino haec pars literas oſtendit carmathicas et calamiſtratas, quae in *quinque* numis quorum ſpecimen eſt Tab. III. num. 36. valde ſunt informes. Hi tamen annum gerunt 772 vel 773, ٧٧٢ سنه. Ex vtroque genere ſunt qui parte I. Muhamed Chan exhibent. Quis tamen fuerit hic princeps, nam ad vnum auctorem pertinere omnes illos, manifeſto oſtendit titulorum et ſcripturae ſimilitudo, fruſtra quaeſieris, incerto vrbis nomine. Videtur fuiſſe e principibus Turcomanis, qui, ſoluto poſt Abuſaidum Hulacidarum imperio, paſſim in his regionibus oriebantur, dum Timuris irruptione ſinguli vincerentur. Fortaſſe huc ſpectat Mehemed Turcomanicae dynaſtiae, quae a nigro veruece nomen habet, princeps, cuius filium Meſſerum Timur armis vicit, a. 797. Saltim non repugnant temporis rationes.

Reperti ſunt hi numi partim circa Aſof vrbem, partim in veteris Aſtrachanae ruinis, quod tamen ad originem eorum parum refert.

41. *Numus arg. eiusdem principis Ghiatheddin Muhammed ſ. Mehemed.*

P. I. vt praecedentes السلطان العادل غياث الدين محمد بهادر خان

P. II. alia inſcriptione inſignis eſt, lego ضرب ... ترخان في سنه ... cuius tamen ſenſum non adſequor.

42. Numulus arg. qui P. I. exhibet خان بهادر العادل *Chan behadir iuſtus.* P. II. ٧٦٣ ضرب اراق *Cuſus Iracae 763.* (p. C. 1361.) Ergo ante Timuris inuaſionem, a principe aliquo, qui Iracae dominationem occupauerat. Scriptura valde informis.

43.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0043
DFG

43. Numulus argenteus, cuius P. I. eſt Symbolum Muhammedan. *non eſt Deus niſi Deus, Muh. legatus Dei;* circa aream quadratam nomina, *Omar Osman*, detritis Abubecr et Ali. P. II. ضرب بلد خوارزم سنه ٧٧٤ *Cuſa in vrbe Chowarezm a.* 774. Chowaresmia ſ. Korcang vrbs principalis prouinciae cognominis, quae hoc tempore, turbatis poſt Abuſaidum rebus, principibus Turcomanicis parebat.

44. Numulus argent. cuius P. II. legitur, rudi ſcriptura, ضرب سراي بغداد ٧٩٢ cuſus in Metropoli Bagdad. 792. altera Parte, principis nomen ob informes ductus, non adſequor. Videtur eſſe السلطان فارس . . . . *Sultan Fars.* Erat tum princeps Bagdadi Ahmed Gialair Ilkhanida, quam circa hunc annum vrbe et imperio exturbauit terror Aſiae Timur.

45-48. Numuli tres argentei, vnus aereus, Principis Tatarici aut Turcici *Naſreddin Chan* n. 45. P. I. السلطان العادل ناصر الدين خان . . . *Sultan iuſtus Naſreddin-Chan.* P. II. ضرب سراي الخليل يله ٧٨٢ *Cuſus in metropoli* Chalile (?) 782. (p. C. 1380.)

سراي الجديدة
Serai Aldjaadah i.e. Metropolis Capſhaki

N. 46. truncatus, eandem inſcriptionem habuit, literis craſſioribus. P. II. pro anni nota ſolum ٧. (7.)-N. 47, praecedenti ſimillimus, niſi quod السراي habet et annum ٧. diſtinctis literis lectionem iſtam confirmans.—

N. 48. *aereus* eiusdem moduli et, quoad legi poteſt, ſcripturae, annum oſtendit ٧٩٢. 762.

Referendi igitur ſunt ad principem aliquem, qui ab a. 762-782 regnauit, circa Timuris tempora, qua tamen aetate nullum Naſreddinum in hiſtoriis reperio. Caeterum principem Tataricum aut Turcmanicum, Chani titulus, ſolennis harum gentium principibus, indicat.

V. Numi Timuridarum.

49-53, Numuli argentei *Abdallah Chani* inſcriptionibus ſimiles. P. I. in omnibus eſt

السلطان العادل | عبد الله خان | خلد ملكه

Sultan iuſtus Abdallah Chan, cuius regnum perpetuum ſit.

P. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0044
DFG

P. II. fortaſſe legendum ضرب دار سمرقند *Cuſus Samarcandae.*

Abdallah hic vix alius erit niſi Abdallah Ibrahimi filius, Timuris nepos, qui circa a. 850. vixit, Vlugbeighi in Transoxana ſucceſſor; mortuus poſt vnius anni imperium a. Heg. 851. (p. Chr. 1447.) Huic aetati bene conueniunt literarum ductus, ſimiles eorum qui comparent in Tataricis modo commemoratis.

54. Numulus argenteus *Sultani Ibrahim.*

P. I. لا اله الا الله محمد رسول الله - Symbolum ſolenne.

P. II. سلطان ابراهيم. *Sultan Ibrahim,* ſi recte legi elementa prope detrita. Ductus in margine euanidi locum et annum fortaſſe indicarunt. Ibrahim ille eſſe potuit Timuris nepos qui a. 1435. mortuus eſt, praefectus prouinciae Fars. Scriptura fluxior a vulgaribus Neſchi ductibus proxime abeſt.

VI. Numi incerti.

Praecedentes numos ad auctores ſuos reuocare vtcunque conatus ſum; qui nunc ſequuntur nullo indicio conſtat quo referendi ſint, quoniam aut detriti titulorum ductus, aut ignota in hiſtoriis nomina omnem diuinationem praecidunt.

55. Numus argenteus principis cuiusdam *Mohammed.*

P. I. Symbolum habet, *non eſt deus niſi Deus. Muh. legatus Dei* circa ſunt nomina *Abubecr, Omar, Osman, Ali.*

P. II. السلطان العاظم | محمد خلد الله | ملكه ودولته

Sultan auguſtus Muhammed cuius regnum et imperium Deus conſeruet. Circa haec literis minutiſſimis turbatis, et oculos fugientibus ſcripta fuit temporis nota, legere mihi videor في سنه ثاني *anno ſecundo.* Reliqua non adſequor.

Quis fuerit hic Muhammed, nemo facile dixerit, cum vix ſit vlla Dynaſtia quae non vnum vel alterum habuerit huius nominis principem, praeſertim deficiente temporis notatione. Antiquitatem arguit ſcriptura, quae VI Hegirae ſeculum refert. Facies vniuerſa haud abſimilis Hulacidarum numis inprimis Chazan Chani, ſupra explicato; etiam IV Imamorum nomina, quae, ſi a Chodabendo

diſceſſeris, propria ſunt quodammodo huius Dynaſtiae numis. Quare cum nomen quoque iſti imperatori conueniat, Muhammedi Chazan Chan, ad hunc referrem, ſi modo de anno et loco conſtaret.

56. *Numus aereus magni moduli, marginibus truncatus.*

P. I. quadrato incluſum legitur tritum illud, *non eſt Deus niſi Deus vnus, qui ſocium non habet.* Anni nota in margine aerugine abſumta. Similiter.

P. II. Principis nomen euanuit; reſtat tantum العادل *iuſtus.* Antiquum vt habeam, facit ſymbolum integrum, in antiquioribus ſaltem numis ante ſec. Heg. 7. ſolenne; literarum quoque forma, quanquam carmathica, nullis tamen ornamentis deformis. Obſeruandum primae literae vocis شريك P. I. puncta diacritica impoſita eſſe ſuperne. Bagdadi a. 408. cuſum eſſe notauerat doctiſſ. Reineggs, quorum nunc ſaltem nullam in numo veſtigium.

57. *Numus argenteus Teſliſi cuſus anno incerto.*

P. I. Solita formula, *non eſt Deus niſi Deus, Muhammed legatus Dei.* Circa, in interiore margine *Ali Omar.* Abubecr, Osman in exteriore margine fuiſſe videntur. In medio areae inter lineas eſt ضرب تفليس *Cuſa Teſliſi*, vulgari ſcriptura et omnibus punctis diacriticis inſigni.

P. II. Scripturam praefert informem, quam vix putes eſſe arabicam. Hic numus, cuius ſeriorem aetatem prodit recentior ſcriptura, omnino eſt obſcurus.

58. *Numus argent.* integerrimus, in cuius P. I. legitur *non eſt Deus niſi Deus vnus, qui* لا اله الا الله وحده لا شريك له *ſocium non habet.* P. II. قائم العادل *Caiem iuſtus.* In margine P. I. perigraphe prope detrita, reſtare videtur تفليس *Teflis.* Puncta diacritica adſunt omnia. Forma et marginum ornamenta non diſſimilia ſunt Aiubitarum numis.

59. *Numus aereus* ſimilis praecedenti ſed P. I. eſt: لا اله الا الله وحده لا debebat eſſe لا اله الا الله وحده quod inuertit imperitus ſculptor. P. II. quae in reliquis cum praecedenti omnia habet communia, ſimiliter fuiſſe

isse videtur تفليس Teflis. Cuius principis sint hi numi, diuinare non ausim.

Caiem beamrillah notus est Chalifa Abassidarum 26; Verum hunc excludit perigraphe Teflis, quae etiam cogitare vetat de Caiem Mahadi filio, قايم بن المهدي, qui circa a. 325. (p.C.936) Occidentem et Africam occupauerat. vid. Elmacin. ad h. a. quare hic res in media relinquenda.

VII. Numi Africani.

60 -- 62. Tres numi argentei aut numorum potius fragmenta vndique mutilatis marginibus. P. I. Quae grandibus literis, et ornamentis insignis est, fuit Symbolum Muhammedanicum

لا اله الا الله محمد رسول الله

P. II. In integriore est السلطان الاعظم افريق - - -

Sultan augustus - Africa. In aliis est محمد *Muhammed.* Ad quam Dynastiam spectet, incertum. Allati sunt ex Lidscher, Africae vrbe maritima, Malthae insulae oppositа.

63. *Numulus aeneus*, quem Africanum putat indicis auctor, anni notem gerere videtur 618. ٦١٨. Reliqua obscura.

VIII. Numi obscuri.

64. Numus aureus maioris moduli, integerrimus, sed difficillimae lectionis propter insolitas literarum formas et voces nullo ordine dispositas. Equidem P. I. quae elegantior est et lectu facilior, lego, incipiendo ab ima numi parte: الامام ابو سليمان

سبحان الله المستكفي بالله امير المومنين

Laudatus sit Deus. Mostacfi Billah princeps fidelium. Reliqua, quae distinctis ductibus, sed ignotis, leguntur in superiore parte numi, non adsequor. Infra et a latere siniſtro est خا et ابو quod non magis reperio quid sibi velit. P. II. informibus literis tota onerata est e quibus eruisse mihi videor:

عبد الله مولي شيخ *Abdallah Mulei Scheich.*

Caeterum ad Chalifam Bagdadensem Mostacfi, qui circa a. Heg. 334. Chalifatum tenuit, spectare non potest numus, abhorrentibus a Chalifarum more titulis insignis, qui potius, coniuncti cum

Introductio in rem num. Muhammed. p. 86.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0047
DFG

literarum et ornamentorum forma Africanam originem prodere videntur. Videtur igitur المستكفي non tam nomen esse, sed merum epitheton religiosum principis cuiusdam Africani; *qui cupit satisfacere Deo* *).

65, *Numus aereus ignoti principis.*

P. I. Principis Turcae imaginem habet, cruribus, vt Turcis mos est, insidentis. Capite coronam gerit, crucis figura insignem; dextra manu sceptrum incuruum aut arcum potius, laeua accipitrem tenet.

P. II. Scriptura satis distincta sed singularibus literarum ductibus, quos Carmathicos dicunt. Videtur esse

ملك الملوك
كبو كرود بمكر
حسام المسلمين

Rex Regum notum nomen Tatarorum regis siue Chanorum Gingiskhanidarum, quorum tamen quis hic indicetur non reperio deficiente inprimis temporis nota. Etiam Selgiucidas hoc titulo salutatos fuisse a regibus foederatis supra vidimus n. 5. 6. sed ad istam antiquitatem vix assurgere videtur hic numus recentioris aetatis et artis indicia prae se ferens. Cognomen *gladius fidelium*, haud facile alibi obuium.

66-75. Decem fragmenta numorum maxime Persicorum et Tataricorum aliorumque, quae, *Muhammedie* dicta orientalibus, pro minuta moneta (*Scheidemünze*) valent. In nullo eorum, praeter singulas literas aut verba, certi quidquam legitur.

*) Adscribo explicationem doctiss. Reineggs in indice cum his numis huc transmisso: P. I. legit: سبحان الله المصطفي امير المومنين
في ارض الله الواصعة
quod explicat *Laudatus sit Deus, Mustapha* (i. e. Muhammed) *princeps fidelium, in lata Dei terra* (i.e. Cufae) P. II. شيخ عبد الله امير الملك الله *Senex s. antistes Abdallah princeps regni Dei.*

DE

DE

NVMIS ORIENTALIBVS

IN

BIBLIOTHECA REGIA GOTTINGENSI

ADSERVATIS.

COMMENTATIO TERTIA

NVMOS TVRCICOS, TATARICOS, PERSICOS, GEORGIANOS, INDICOS ALIOSQVE COMPLECTENS.

AVCTORE

T. C. TYCHSEN

SODALE SOC. EXTRAORD.

RECITATA D. XXXI. OCTOB. CIↃIↃCCLXXXIX.

Si ab eo qui in Veſtrum conſortium adlectus, AA. primum in conſeſſu Veſtro verba facit, commentatio exſpectatur, quae argumenti grauitate et tractationis ſubtilitate Veſtris auribus dignam Veſtrorumque laborum ſociam et aemulam ſeſe demonſtret; fateor me non ſine dubitatione aliqua et pudore huc accedere, quippe qui non argumentum ex intima literarum penu depromtum, ſed de numis orientalium populorum recentioribus diſſertationem Vobis proponam, in qua eruditioni vix eſt locus. Sed ſunt tamen quae ſperare me iubeant, haud plane ingratam Vobis futuram eſſe hanc commentationem, cum et in argumento verſetur nouo quodammodo et a viris doctis parum adhuc tractato, nec ita omni doctrina deſtituto, vt nullius ſit ad literas, mores, et hiſtoriam orientalium populorum

illustrandas, vtilitatis. Porro quum omnis haec opera eo tendat, vt opes Bibliothecae Regiae, quas neminem nostrum sine iucundo et grato quodam animi sensu contemplari arbitror, clarius pateſcant, spero Vos haud aegre laturos esse, si telam quam superioribus, quas Vobis obtuli, commentationibus, exorsus sum, pertexam, et cum antea de Chalifarum et Dynastiarum numis disseruerim, recentiores quoque, quibus Bibliotheca Regia locuples est, persequar. Denique constat in plurimis numothecis eiusmodi numos adseruari, eosque parum cognitos, vt gratiam fortasse initurus sit apud eos, qui talia curant et colligunt, qui proposito specimine horum numorum lectiones, pretium et historiam, quantum fieri potest, illustrauerit. Aget autem dissertatio nostra sex partibus de numis Turcorum, Tatarorum Crimensium, Persarum, Principum Georgiae, Bocharensium, Indorum et Sinarum. Sexta pars mantissam exhibebit variorum numorum, inprimis Parthicorum et Persarum Saſſanidarum, quos simul cum reliquis huc transmitti curauit Viri illustris Liberi Baronis de Asch liberalitas, cui etiam reliqua debentur.

Sectio I.

Numi Turcici.

Satis noti sunt inter nos Turcorum Osmanidarum numi, adeoque in his explicandis breuioribus esse licebit, cum praesertim inscriptiones sint distinctissimae et inter se fere similes. In maioribus quidem, inprimis recentioribus, legitur. P. I. Titulus Sultani.

سلطان البرين
وخاقان البحرين
السلطان ابن
السلطان

Sultan vtriusque Continentis (Asiae et Europae) es Chacanus vtriusque maris, Sultan Sultano genitus,

P. II. Nomen Sultani cum loco et anno. v. c.

السلطان
مصطفي بن محمد خان
دام ملكه ضرب في
قسطنطينيه 1104

Sultan Mustapha fil. Muhammed Chan. Cuius regnum duret. Cusa Constantinop. a. 1106. (p. Chr. 1694.)

Chacani

Chacani titulus, quod Imperatorem denotat, proprius eſt principibus Tataricis et Turcicis, et a Seculo inde V. p. Chr. in hiſtoriis occurrit. Minores numi, in quibus titulo perſcribendo ſpatium non ſufficeret, parte I. nomen imperatoris gerunt monogrammate expreſſum, quod Turci *Togra* (طوغرى veritas) dicunt, quale etiam in literis publicis cernitur. P. II. locum et annum. Alias Inſcriptionum diuerſitates, quae tamen non ſunt magni momenti, vid. in Ill. *Eichhornii* Repertorio. T. XVII. p. 230. ſqq. et ap. *Hottinger* de numis orient. p. 160. ſq. Cuduntur autem aurei, argentei, aerei, varii moduli non Conſtantinopoli tantum, ſed in aliis etiam vrbibus, Cahirae, Tripoli in Syria, Amidae, Bagdadi, Halebi Tuneti etc. Argenteos a Turcis non procudi, neſcio qua re inductus ſcripſerit Chardinus (Voyage T. I. p. 5.) auctor in aliis rebus diligentiſſimus; quum a Seculo inde XIV. extent argentei numi v. c. Baiezidis a. 1389, et deinceps ab omnibus Sultanis procuſi. Quanquam hactenus vera tradiderunt iſti ſcriptores, quod pro imperii magnitudine et commercii ratione non ſatis copioſa fuerit argenteorum Turcicorum frequentia, vnde gentium Europaearum argento vt plurimum vſos eſſe Turcos ad noſtram vſque aetatem ſatis conſtat.

Genera et ſpecies numorum Turcicorum, quanquam non ignota ſunt, hic tamen habet adnotare, quum vel in recentiſſimis libris non ſatis accurate expoſita videam. Incipiendum autem, perſpicuitatis cauſſa, ab argenteis minimi moduli, quos Aſper et Para dicere ſolent, quoniam ſecundum hoc computatio et aeſtimatio maiorum numorum. Sunt igitur *argentei*.

1. *Aſper*, Turcis Aczé اقچه minimus numulus, quorum tres vnam Para efficiunt.
2. *Para* پاره tribus Aſpris aequalis.
3. *Peſchlic* پشلك h. e. quinque Para (a پش quinque)
4. *Onlic* ſ. *Onpara* (Valachis *Ort* $\frac{1}{4}$) اونلك - - - decem Para.
5. *Gigermislic* يكرمشلك - XX. Para. Idem dicitur *Iarimlic*, a يارم dimidius, quod dimidiam thaleri Turcici partem efficit.
6. *Solota*, زلوطه vox Slauicae originis, XXX. Para. noſtros Florenos pretio fere aequans.

7.

7. *Gruſch*, غروش, Loewenthaler ſ. Piaſter vulgo dicti, XL Para pretis.

8. *Altmiſchlic* (a voce التمش ſexaginta) LX Para, maximi moduli numus, Thaleris Germanicis mole et pretio haud abſimilis. In his aliisque maioribus eſſe ſolent tituli ſupra exhibiti; in prioribus n. 1-4, perpetuo monogramma et Parte altera loci annique nota.

Horum omnium ſpecimina ſunt in Bibl. Regia LXI. numero, maxime tamen minoris moduli, omnes fere recentes, quippe hoc ſeculo cuſi. In multis eſt adfectatum Conſtantinopoleos nomen *Iſlambul* اسلامبول vrbs Iſlamismi, ex *Iſtambul* (εις την πολιν) detortum. Caeterum facile patet non omnes numos Turcicos ad iſtam normam exigi poſſe, praeſertim antiquiores et in prouinciis cuſos. Sunt enim in Gottingenſibus duo numuli argenti puri, quadrata forma, qui ad quodnam genus referendi ſint, non liquet. P. I. legitur,

سلطان احمد بن محمد خان عز نصره سكندريه

Sultan Ahmed (III.) *fil. Muham. Chan, cuius victoria ſit potens. Alexandriae.* P. II. perplexis literis et obſcuris vrbis nomen continet.

Aureorum quot ſint genera, quod pretium, non ſatis exploratum habeo; ſufficiat igitur adſcribere nomina quae ad V. aureos in indice adnotauit doctiſſ. Reineggs. *)

1. *Serimahbub*, (quod a سرمه *aurum*) deriuandum, valet CX. Para.

2. *Neſpiah Serimahbub*, dimidium praecedentis, LV. P.

3. *Funduc Altune* (فندوق التون nux aurea) minimi moduli, valet 40 Para.

4. *Zingerli* ſ. aegyptiacus, ſub Muſtapha III. Cahirae a. 1171. (1757).

P. I. praefert ضارب الفضر صاحب العز والنصر

في البر والبحر

Cudit

*) Omnino ingratus profiteor me in numis Turcicis et Tataricis, Indicisque multum adiutum, fuiſſe hoc indice, ſimul cum numis huc transmiſſo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0052
DFG

Cudit hunc aureum potens et victoriosus terra marique (P. II.) *Sultan Mustapha etc.* Sic enim legenda et intelligenda haec formula, quae in aureis prouinciarum maxime occurrit, v. c. in duobus Musei, Tripoli 1153 et Cahirae 974. quanquam etiam in Constantinopolitanis antiquioribus legitur vid. Repertor. XVII. p. 233. n. 23.

Aerei, quos Turci *Mangur* منقور siue arabico nomine فلوس *Flus* dicunt, nostris Pfenningis similes sunt. Pretium idem esse videtur quod Asperis. Inscriptiones sunt P. I. monogramma, P. II. ضرب في قسطنطينيه Cus. Constant. a. . . . Tales sunt vnus Bibliothecae, duo Musei. Sunt praeterea minoris moduli aerei duo qui P. I. exhibent nomen Sultani, Mustapha ١١٧٧. (1763.) P. II. ضرب وان Cusus in Van Armeniae vrbe. Alios aereos non vidi.

Hoc vnum addo, occurrere in numis Turcicis, tam aureis quam argenteis, praeter anni notam, numerum aliquem dubiae significationis. in Paris v. c. obseruaui numeros. ١. ٨٠ ٨١. (1. 8. 81.) in aureo ٩ (9); in Grus s. Thalero a. 1171. supra est ٨٦ (86.) in Iarimlic eiusdem anni est numerus 83. Ad annum Regni hoc non referri, quod suspicetur aliquis, facile patet; quid tamen hoc signo indicetur, malo a peritioribus doceri, quam inanes coniecturas adferre.

SECTIO II.

Numi Chanorum Crimensium.

Si quid tribuendum scriptorum silentio, dubitare possis an olim Chanis, Tatarorum Crimensium ad nostra vsque tempora principibus, numorum cudendorum fuerit potestas, quum nunquam eorum, quantum equidem comperi, mentio fiat. Extant in Bibl. Regia numi Tatarici argentei XXVI. aerei XXV, omnes tamen recentes ab a. 1170 (1757) ad a. 1191. (1777) et ad formam Turcicorum numorum manifesto efformati. Scilicet Parte I. est Chani nomen, P. II. in omnibus ضرب في باغجه سراي *Cusus in Baghgji serai* (vrbe principali Tauriae) *a.*.... In antiquioribus, h. e. principum, qui vltimum Chanorum Schahin Kherai anteceserunt, literis perscribitur principis nomen. Scil.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0053
DFG

N. 1-3. وتنک اسلان خان Ontoc? *Aslan Chan*, ſine anno
--- 4-5. محمد کریم خان *Muhammed Kerim Chan*, 1170.
--- 6-9. خان قریم کراي بن دولت خان *Chan Kerim Kerai fil. Daulat Chan.* 1171-1183.

In vno 1171 eſt paullo alio ordine

قریم خان بن دنلت کراي خان *Kerim Chan fil. Danlat* ſ. *Daulat Kerai Chan.* Reliquorum dubia lectio euanidis literis. Omnes ſunt minoris moduli, quanquam non eiusdem valoris, alii enim aliis maiores.

Numi recentiſſimi, vltimi principis, omnes annum praeferunt 1191. (1777) et Parte I. principis nomen vel monogrammate ſcriptum exhibent, ad modum Turcici Togra, vel diſtinctis literis

خان | شاهین کراي | بن احمد کراي سلطان.

Chan Schahin Kerai fil. Ahmed Kerai Sultan. Sunt autem illi varii moduli et pretii. Nomina ſecundum Catalogum ſupra laudatum adſcribo.

N. 17. eſt *Birgruſch* بر غروش paullo maior turcico Gruſch.

N. 18. *Illeh para* پاره اللي h. e. quinquaginta Para Turcico Solata ſimilis.

N. 19. *Gigermis peſch Para* پکرمش بش پاره XXV. Para.

N. 20. 21. *On para* پاره اون - X Para, turcico Peſchlic paullo maior.

N. 22. *Peſch Para*. V Pararum.

N. 23. *Eki Para* پاره ایکي Duo Para, minimus argenteorum.

Aereorum ſimiliter plura ſunt genera; alii minores, qui dimidiam Param valent, alii *Bir Para*, vnam Para. Maiores ſunt *Peſch Para* V Pararum, quem V. Copecis Rufficis confert doctiſſ. Reineggs, et *Gruſch* aereus maximi moduli, XXV. Pararum ſ. Copecarum; aeri enim paullum argenti ineſſe dicitur. Si recte ſe habent haec nomina, quod nullus dubito, differre videtur Pararum Tataricarum valor a Turcicis. Nam qui numi X Pararum dicuntur apud Tataros modulo parum excedunt Turcicos peſchlic, (V Para) et ſic in reliquis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0054
DFG

liquis. Haud multum a vero aberrauerit, qui Paras Tataricas ſtatuat tertia parte inferiores eſſe Turcicis, ita vt Tataricae tres, Turcicas efficiant duas. Collationem ſingulorum numorum, cum res incerta ſit, in notam reiiciendam putaui. *)

SECTIO III.

Numi Perſici.

Numi Perſici, de quibus hic ſermo eſt, ſunt recentiores a Sefidis eorumque ſucceſſoribus ad noſtra vſque tempora procuſi. Orditur haec numorum familia ab Abbas rege, qui, Magni cognomine in hiſtoriis inſignis, regnum Perſiae a. p. Chr. 1587. occupauit. Scilicet poſt Timuris tempora extincto Gingiskhanidarum imperio et valde turbatis Perſiae rebus, pauci numi cuſi eſſe videntur, nec ii optimae notae, quorum ſpecimina ſupra vidimus Comm. II. n. 30-54. Frequentabantur tum in commerciis *Larini* ita dicti, qui in Lareſtania ad ſinum Perſicum a principibus Curdis, regionis dominis, cudebantur; quod numorum genus ab hoc inde tempore ita inualuit, vt vel nunc in Perſia et India, qua mari alluitur, in commerciis vigeat. Ex quo iure colligas iſtis temporibus Sec. XII - XVI. Lareſtaniae incolas, ab antiquis Perſis et Arabibus oriundos mercatura maxime valuiſſe, vnde factum vt eorum numi in commerciis reciperentur. Accedebat fortaſſe, quod numi a reliquis Perſiae principibus Timuridis aliisque procuſi aut rari eſſent aut deterioris notae, quod confirmant ſpecimina ſupra allata, et Chardinus T. II. Itin. p. 92. olim praeter numulos, quos Biſti et Schahi dicunt, nullos

 exſti-

*)

Numi Tatarici		*Copec*		*Numi Turcici.*
1 Para ſ. Birpara	- -	1	-	2 Aſp. ſ. $\frac{2}{3}$ Para
Eki Para ſ. 2 Para.	-	2	-	4 —— $1\frac{1}{3}$ —
Peſch Para ſ. 5 P.	-	5	-	10 —— $3\frac{1}{3}$ —
On Para ſ. 10 P.	-	10	-	20 —— $6\frac{2}{3}$ —
Gigermispeſch para	-	25	-	50 —— $16\frac{2}{3}$ —
Illeh para 50 P.	-	25	-	100 —— $33\frac{1}{3}$ —
tantumdem valet aereus Gruſch.				
Bir gruſch ſ. 80 P.	-	80	-	160 —— $53\frac{1}{3}$ —

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0055
DFG

exſtitiſſe numos, referens. Primus Abbas Magnus occupata Perſia meliores numos cudiſſe dicitur, qui ab ipſo Abaſſi dicti ſunt; atque haec eſt epocha et norma numorum Perſicorum recentiorum, qui fere omnes Abbaſſinorum exemplum ſequuntur. Specimen eiusmodi numi Abbas regis anni 1036 p. Chr. 1626. exhibet *Olearius* in itinere Perſico p. 560. Caeterum non negauerim ante hunc regem numos cuſos eſſe a prioribus Sefidis. Sunt enim in Perſia numi veteres *Chodabendeh* dicti, qualem habet *Olearius* l. c. ad Iſmael I. Sefidam (qui regnauit a. 1500-1523,) ex fama referens. In numo vtique legitur خدابنده quod, ſi nomen regis indicat, ad Mohammed Chodabendeh, qui a. 1578. rex factus eſt, potius referendum putem. Verum hoc incertum, quum et nulla in numo ſit temporis nota, et nomen Chodabendeh in longe recentioribus aereis occurrat, infra commemorandis. Vtut ſit, iſti numi minoris ſunt moduli et rari, Abbaſſinos autem, frequentiſſimum in Perſia numorum genus, ad regem Abbas originem referre nullum eſt dubium.

Characteres et propria numorum Perſicorum ſunt ſequentes. *Parte I.* inſcribi ſolet arabice Symbolum Schiitarum, quod Perſae profitentur, ſcil.

لا اله الا الله | محمد | رسول الله علي | ولي الله.

Non eſt Deus niſi Deus vnus, Muhammed eſt legatus Dei, Ali amicus Dei, quod Symbolum in Perſia primum occurrit in numo Chodabendeh Hulacidae, v. Comm. II. n. 26. In margine ſaepe adduntur nomina XII. Imamorum Schiitarum, ita inſcripta, vt circulus exterior ſit pro baſi literarum. In antiquioribus numis, Abbas et Sefi regum, vox علي ita collocatur vt proxime poſt nomen diuinum ſupra محمد conſpiciatur, quod ad reuerentiam et honorem ſpectat, quo Perſae hunc Ali ſuperſtitioſe fere proſequuntur. v. *Tavernier* T. II. p. 5. n. 3. *Olear.* l. c. — Ab *altera parte*, Perſico plerumque ſermone eſt regis nomen cum vrbis et anni nota. In regis titulis variant v. c. in numis Abbas I et Sefi ſucceſſoris eſt. است از جان غلام صفي *Eſt ex animo mancipium Sefi.* in numis Huſſeini حسين بنده شاه ولايت *Seruus Regis terrarum, Huſſein,* quorum hoc non recte explicuit Reiſkius in Repertor. X. 174. *ſub imperio Shah Huſſeini.* Etenim refertur vtrum-

vtrumque ad Ali Ridha, vltimum Alidarum, quem Perſae legitimum cenſent Muhammedis ſucceſſorem et orbis terrarum dominum. Reges igitur Perſiae Sefidae, ab hoc genus ducentes, ſe ipſos huius Ali, quem ſub Iuſti cognomine conſecrarunt, praefectos ferunt et vicarios, idque his titulis *ſeruus domini terrarum*, *ſeruus ſincerus*, indicant, quem honoris cauſa gerunt et ad imperii auctoritatem declarandam. Neque id ſolum fieri in numis, ſed etiam in ſigillis regiis diſcimus e *Chardino*, T. II. tab. XXXI. conf. eundem p. 263. Eandem vim habet alius titulus in numis Schah Rukhii vſitatus, كلب استان رضا الحكم *Canis portae Ridhae principis*, affectatae modeſtiae et humilitatis nomen, quo etiam miniſtros regios de ſe cum rege loquentes vti, ex itinerariis notum eſt. In aliis numis tituli leguntur ad faſtum aſiaticum magis compoſiti, v. c. rex regum, dominus dominorum. Notabilis eſt in his صاحب قران v. c. in numis Abbas II. Tahamaſp II. et Nadiri, qui proprie ſonat *ſocium coniunctionum* ſcil. ſiderum, adeoque eum, qui felici ſiderum coniunctione natus eſt, ſiue, vt alii interpretantur, dominum cornuum ſ. quatuor mundi plagarum. vid. *Herbelot.* voc. Timour et Keranot. Primus hunc titulum vſurpauit Timur, cuius deinde ſucceſſores tam in Perſia quam in India frequenter eum adhibuerunt.

Ab hac communi Perſicorum numorum ratione differunt numi *Eſchref*, principis Aghwanici, in quibus eſt Symbolum Sunnitarum, omiſſo Ali praeconio; porro numi Nadiri et Kerim regum qui omnino Symbolo carent. Poſteriores, adeoque recentiſſimi, inſcriptum habent يا صاحب الزمان *o domine temporis!* quod ad Ali ſupra memoratum ſpectat, quem *immortalem* in ſpecu aliquo inacceſſo abditum, adeoque olim rediturum Perſae ſibi perſuadent, ob hoc ipſum Mahadi ſ. Mehdi (مهدي) h. e. exſpectatum adpellantes. Sunt etiam numi plane ſingulares, in Sancti huius honorem cuſi, nullum regis nomen prae ſe ferentes quidam Diſticho perſico inſcripti. De quibus vt de aliis, quae ſingulis numis propria ſunt, infra dicendi erit locus.

Scriptura numorum Perſicorum Parte I, quae Symbolum religionis exhibet, eſt arabica vulgaris, ſimilis illi quae in numis Turcicis adhibetur, *Neſchi geriſſi* (نسخي جرسي) adpellata; parte

auerſa ſcriptura perſica adhibetur, quam *Talic* dicunt, quanquam interdum, in recentioribus, medium quoddam genus occurrit, apud Turcos Dſchulus Geriſſi شلسي جرسي dictum. Haec pars haud leues interdum obiicit difficultates lecturo titulorum argumenta, nam, quae eſt calligraphiae perſicae elegantia, ſaepe traiectae et implicatae ſunt literae, vt ſparſae potius videantur, quam ordine perſcriptae, hoc ſpectante artifice, vt totum numi ſpatium ductibus eſſet impletum. Haud raro ab imo aut medio incipienda eſt lectio, ita ferente ſcripturae huius ratione, vt vox ſequens praecedenti immineat et ab extremis eius literis quaſi ſuſpendatur. Caeterum non diffitendum pulcherrimam eſſe in ſuo genere hanc ſcripturam, inprimis ſi cum multorum numorum inſcriptionibus compares, qui in Europa cuduntur. Nam praeter elegantiſſimos ſingularum literarum ductus, ita plerumque diſponuntur vt craſſiores ductus, longius protenſi, quasdam quaſi areolas et ſpatia efficiant quibus reliqua verba inſcribi poſſint. Saepe interſperſi ſunt flores, ſtellulae, puncta, quae non ad diſcernendas literas valent, ſed ad merum ornatum, ne quid ſpatii relinqueretur vacuum.

Formam plerumque circularem eſſe vix opus eſſet monere, niſi occurrerent etiam oblongi, ad oualem figuram proximi, cuius generis duo extant in Bibl. Reg. alter minor, Schahi dictus, alter Abaſſi moduli vulgaris, quem ipſe dono acceptum reliquis inſerui. Craſſities omnibus modica; Nadiri numi omnes ſunt craſſiores et ad Indicam Rupiarum formam propius accedunt

Reſtat vt de variis numorum generibus eorumque pretio pauca adiiciam, in quo tamen hoc potius ſpectandum eſſe duxi, vt mutuas eorum rationes indicarem, quam vt ad noſtrae monetae valorem ſingulos adcurate explorarem, quippe qui harum rerum minus peritus, Chardini, Olearii et Tavernerii auctoritatibus fidere cogar. igitur

1) *Abaſſi* (عباسي) frequentiſſimum numorum genus, ab Abbas rege nomen gerens, ſecundum Tavern. II. p. 5. valet 18 Sols 6 Deniers. ſecund. Olear. p. 560. 8 Ggr. 8 Pf. monetae Miſnicae. 4 Abbaſſini valent 1 Thalerum Miſnicum. 50 Abbas = 1 Tumain.

2)

2) *Jarem-abbas* (بارم عباس) h. e. dimidium Abbaſſini. Etiam *Mahmudi* dicuntur محمودي ab antiquo Perſiae rege (fort. Mahmud Gazneuida) ſiue *Chodabendeh*, a Sefida rege huius nominis (v. ſupra). Valet $\frac{1}{2}$ Abbas ſ. 9 Sols, 1 Liard. *Tavern.* l. c. Ex hoc genere eſt Gotting. n. 23. Sunt etiam antiqui numi eiusdem valoris quos *Heuiſe* adpellant (حوسه), in Perſia cuſi, quod e Symbolo Schiitico apparet, ſed incerto auctore; quales ſunt noſtri n. 46 - 51.

3) *Schahi* شاهي (Tauern. *Chaez.*) h. e. regius; eſt quarta pars Abaſſini, *Tavern.* 4 Sols, 7 den. 1 Maille. Chardin (T. II. p. 92.) $4\frac{1}{2}$ Sols. 13 Schahi = 1 écu gallico. Specimen vid. n. 14.

4) *Biſti*, quorum $2\frac{1}{2}$ vnum Schahi efficiunt. *Tav.* 1 Sol, 10 den. *Chard.* 22 den. Specimen eſt n. 25 et ap. *Tav.* n. 6. qui etiam reliquorum exempla exhibet.

Hi ſunt numi in vita communi frequentati; rarius cuduntur maioris moduli vt $2\frac{1}{2}$ vel 5 Abaſſinorum. Vid. Tavern l. c. et Muſ. Cuf. Borg. Tab. XII. Inter Gottingenſes huc pertinent Nadiri n. 20 ſeq. qui eſt fortaſſe e metallionum genere. Omnino poſt extinctam Sefidarum ſtirpem nouatum eſſe videtur in re numaria Perſarum; nam etiam ii, qui Schahrokhii et Kerimi nomen gerunt, antiquis ſunt leuiores, imminuto, vt fit, inter bellorum neceſſitates numorum pretio. Cuduntur autem argentei et aurei non in ſingula aliqua vrbe; ſed in quauis vrbe, quae regionis ſ. prouinciae caput eſt, officina extat monetaria, extraneae etiam pecuniae, quae a mercatoribus infertur, refingendae.

Aereos numos Perſae ſiue arabico nomine فلوس (*follis*) dicunt ſiue perſico *Kasbecki* غازبكي quod a غاز theſaurus, et بك dominus, ductum, gazam ſ. pecuniam regiam ſignificat. Hi ab altera parte inſigne aliquod habent, leonis, auis, equi etc. imaginem; ab altera eſt فلوس cum vrbis, plerumque etiam anni nota. Valent decimam Schahi partem, ita vt 40 aerei vni Abaſſino pares ſint, (*Chardin. Olear.* l. c.). Tavern. 5 den. 1 maille. Sunt quoque minores, qui dimidium tantum valent. Caeterum notandum, aereos in Perſia non regum iuſſu fieri, ſed per ſingulas fere vrbes cudi quotannis,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0059
DFG

nis, hoc tantum loco et anno pretium habituros. Anno exacto in officinam redeunt, quae e libra aeris, singulis Abassinis redemta, nouos cudit LXIV. aereos (v. Olear. l. c.) alio quoque Symbolo imposito. Hinc tanta imaginum in his numis varietas. Saepe tamen veteribus aereis typus imprimitur, renouatum valorem indicans; cuiusmodi plures sunt Heraclii typo notati, vnus etiam aquilam bicipitem ostendit, imperatorum Russiae insigne.

Aureos olim tantum cusos esse, vt in capessendi regni solennibus a regibus populo distribuerentur, nescio an credendum sit Chardini et Tavernerii auctoritatibus. Id certum, recentiore aetate ab hoc more discessum fuisse; extat enim in Bibl. Regia aureus Hussein a 1134 Heg. cusus, qui est imperii XXVIII. Quanquam per omnes fere aetates a Persiae regibus, qui Indico auro destituerentur, raro cusos esse aureos numos, ex historiis constat. Modulus aureorum Persicorum, qui Persis *Tela* (طلا) aurum aut arabico nomine *Scherafi* (شرافي) nobiles, audiunt, nostris ducatis simile est. Sunt ex hoc genere Gott. tres, n. 10. 26. 44. posteriores paullo minoris moduli.

Aurei et argentei persici.

N. 1-12. Sunt numi *Hussein* regis Persiae a. 1694-1722, omnes inscriptionibus simillimi, scilicet P. I. est Symbolum Schiitarum, supra adscriptum, P. II. حسين بنده شاه ولايت *Hussein Seruus Domini terrarum*, titulo supra explicato. Regis nomen medium numi occupat, vt diuersis modis iungi possint singula verba. v. c. Hussein rex terrarum seruus sc. Ali, sed praestat ratio supra proposita. Cusi sunt in variis Persiae vrbibus Ispahan, Tebris, Nacsiuan (نخجوان Armeniae vrbe) Kasbin, Teflis, ab anno Heg. 1125-1134. p. Chr. 1713-1721. Scriptura P. II. variat, nam in iis qui a. 1131. praecedunt, est persica s. Talic, in reliquis Schulsi, vt ostendunt specimina, atque in his a. 1131 sq. in margine leguntur nomina XII Imamorum Persiae. Vnus est *aureus* n. 10 anni 1134. Ispahanae cusus, mole tantum et materia ab argenteis discedens. n. 13. a. 1129. est forma oblonga et inscriptionibus auersae partis

partis paullum diuersus. Scil. p. 1. in medio est vrbis annique nota (تبريز ١١٢٩) *Tebrizi* a. 1129. circa adscriptus regis titulus, et in margine exteriori

- - - - خاقان بن الخاقان خلد الله ملكه وسلط - - -

Chacanus fil. Chacani, cuius regnum et imperium Deus seruet. qui Chakani s. magni ducis titulus, Turcis proprius, alias in Persicis numis non occurrit.

14. Praecedenti simillimus, mole differt. Est enim Schahi, quarta pars Abassi, Teflisi cusus 1126.

Tahamasp II.

Filius Husseini, per boreales Persiae partes imperans, vsque dum, pulsis deletisque Nadiri ope aduersariis Aghwanis imperio potiretur, ipse breui post a Nadiro regno exutus. Duo extant eius numi 15. P. I. Symbol. Schüt. P. II.

سكه صاحب قراني | پكپتي

زد از موقف حق طهماسب ثاني ضرب مقدس

numus felicibus auspiciis regnantis in mundo, cuius per confidentem (Deo) Vero Tahamasp II. Cusus in vrbe sancta (*Meschehed*). In numo simillimo Musei academici est annus ١١٣٧. 1137. (p. Chr. 1724) e quo discimus, hoc anno Chorasanam Tahamasp regem agnouisse, adeoque Balluchos, quos a. 1727 inde expulit Nadiri virtus, tum nondum Meschehed vrbem tenuisse. Meschehed *Sanctam* dici a sepulcro Ali Mehdi, quod ibi Rex Abbas consecrauit, vix opus est monere.

16. Simillimus numus, cusus ١١٤٤ تبريز Tebrizi a. 1144. (p. Chr. 1731. Caeterum obseruo, hanc esse antiquam inscriptionem, quae etiam in numis Abbas II. legitur. *Tauern.* T. II. fol. 5. n. 1. 3.

Aschrafi.

17. Huius Aghwanorum ducis qui dissoluto Sefidarum imperio, partem Persidis occupauerat a. 1725-30. regio quoque titulo

assumto, vnus saltem extat numus. P. I. est symbolum Sunniticum, *Non est Deus nisi vnus D. Muhammed est Dei legatus*, omisso Ali praeconio, quoniam Aschraf, Aghwanicae stirpis, Sunnam profiteretur. *Parte altera* legitur

جو شعار | ربس الطاب شاه اشرف
شد سکه جهاربار | ضرب قزوین ۱۱۳۹

Sic signum principis legitimi s. boni, Regis Aschraf prodiit, typus των quatuor (h. e. quatuor Imanis sacrum) Cusus Cazwini 1139. (p. Chr. 1726.) Quatuor isti sunt Sunnitarum Imami, Abubecr, Omar, Osman, Ali, quibus hic princeps Sunnita numum suum sacrum esse vult, quum reliqui perfici numi XII. Imamis Schiitarum nominibus inscribantur. Similis numus est in Museo Academico Pers. n. 4.

Numi Nadiri.

Celebre est huius principis nomen, qui circa a. 1725 e loco obscuro emergens, Persiae dominus factus est, pulsisque hostibus, imperii fines non restituit modo, sed etiam promouit. Octo eius extant numi, a communi numorum Persicorum more haud parum diuersi, quippe et crassiores sunt, plerique etiam Abassinis longe grauiores, et nullo omnino symbolo insignes. Nadirus enim cum videret, sectarum dissidia maxime discordiarum et bellorum ciuilium causas praebere, Symboli Schiitici vsu interdixit, idque a numis abesse iussit. Igitur numi sub eo procusi aut solum regis nomen exhibent, aut titulum disticho Persico conceptum. Prioris generis sunt n. 18-22.

18. P. I. السلطان نادر *Sultan Nadir.*
P. II. ۱۱۵۰ خلد الله ملکه ضرب اصفهان *Seruet Deus regnum eius cus. Isphahan* 1150. (1738.)

19. Similis, cusus Tebrizi 1151. (1739.)

20. Similis, sed magni moduli, vt tribus Abassinis par esse videatur; metallionum, quos dicunt, similis, cusus est دار السلطنة لاهور *in metropoli Lahor*, 1151. igitur post expeditionem in Indiam susceptam, cuius partem regno suo adiecit Nadirus.

Reli-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0062
DFG

Reliqui 21 - 23. Parte I. inſcriptionem habent perſicam ab ima numi parte legendam.

هست سلطان بر سلاطین جهان
شاه شاهان نادر صاحب قران

Eſt Dominus dominorum mundi

Rex regum Nadir felicibus auſpiciis regnans, quae diſtichon eſſe quisque videt. P. II. circulo incluſum legitur ضرب دار السلطنه تبریز ۱۱۵۵ *Cuſa in metropoli Tebriz* 1155 (1739) in alio fortaſſe eſt 1154. Tertius valde mutilatus, vt magna pars inſcriptionis abſciſſa ſit, cuſus eſt Iſpahanae (دار السلطنت صفهان) quae hic inſolito modo, omiſſo Eliph ſcribitur.

24. Eſt Mahmoudi ſ. dimidium Abaſſini P. I. ſimilis n. 18. P. II. ۱۱۴۰ ضرب کنجه *Cuſus Kengae* (Kendſchae) in prouincia Eriuan. 1160. (p. Chr. 1147.) quo anno interfectus eſt Nadirus. Anni nota ambigua, propter figuram ٧ ſimilem, quam ſi pro numeri ſeptenarii ſigno habeas, annus exibit 1167. ſ. 1176. quo dudum in viuis eſſe deſierat Nadis; igitur ad ornatum referendus hic ductus.

25. Numulus argenteus ex iis quos *Biſti* Perſae adpellant. P. I. ſimilis n. 21. P. II. ضرب مشهد مقدس *Cuſus in Meſchehed Sancta*, ſine anni nota.

Hos eſſe veros numorum titulos e tabulis manifeſtum erit peritis. Alios adfert auctor libri *Hiſtoire générale des Voyages* T. XIII. p. 321. ed. Hag. Sultan ber Selatine Dgihan Schah Schahan *Nadir Iran u Zemen.* Quod vertitur: princeps principum mundi, rex regum, *miraculum Perſiae et ſeculi*, ſed poſteriora haec vix putauerim eſſe vera.

Addo in eorum gratiam, quibus forte ſimilis numus obtingat, inſcriptionem numi in regni auſpiciis a Nadiro cuſi, e *Fraſeri hiſtor. of Nadir Shah* p. 119.

P. I. سکه بر زر کرد نام سلطنت در جهان
نادر یزدان ومین وخسرو کیتی ستان

Typus in numo per orbem proclamat imperium
Nadiri, Perſici regni, et regis qui orbem vincit. Quod ſimiliter eſt diſtichon, vt in numis ſupra laudatis.

P. II. الخير فيما وقع *quod contigit, eſt optimum.*
ضرب في كرمان ١١٤٨ *Cuſus Karamaniae* 1148.

Prioris lineae literas annum 1148 indicare idem Fraſerus obſeruat. Idem alias duorum numorum adducit, quorum alter, ſimilis noſtro n. 18. loco tantum differt, *cuſus Candaharae*, ضرب في قندهار, alter ſimilis titulo n. 21. Parte auerſa habet خلد الله ملكه ضرب في احمداباد ١١٥٢ *Proſperet Deus regnum eius. Cuſ. in Ahmedabad.* 1152. (1739.)

Hoc tantum addo, ſcripturam in iis numis, qui titulum regium habent, eſſe Perſicam, in reliquis Neſchi ſiue Turcicam.

Numi Schah Rokh.

26-30. Interemto Nadiro diuiſisque inter Perſiae magnates prouinciis, vt olim poſt Alexandrum et Timurem, omnia bellis turbabantur. Ex Nadiri filiis ſolus in regni paterni partem ſucceſſit Schah Rokh, a. 1748. in vrbe Meſchehed rex proclamatus, et inter varias calamitates, oculis quoque orbatus, ad a. 1765. Choraſanae dominus, quo filius Nadir regnum adminiſtrare cepit.

Extant numi huius nomen ferentes V numero, vnus aureus, reliqui argentei, omnes inter ſe ſimillimi. Scil. *P. I.* eſt Symbol. Schiit. in margine nomina XII. Imamorum.

Parte II. سكه زد در جهان خدا | شاه رخ
كلب استان رضا حكم | ضرب تفليس ١١٩٣.

Numus cuſus in orbe Dei — Schah Rokh canis portae Ridhae principis. Cuſus Teſliſi 1163, (*p. Chr.* 1749.) in aliis eſt a. 1164. 1170. (p. Chr. 1750. 1756.) Mirum eſt omnes Teſliſi cuſos eſſe, Georgiae vrbe, quam, Taimura et Heraclio ducibus, Perſarum imperio hoc tempore ſe ſubtraxiſſe notiſſimum eſt. Neque profecto erat quod Schah Rokhium, multis paraſangis remotum, regis vmbram potius quam ſpeciem, timeret, aut ſuſpiceret, vt eius potius nomine

nomine quam ſuo numos cuderet Heraclius. Videtur res ita componenda, vt numos eſſe Georgianos ſtatuas, quod iam monuit Reineggs, in indice adiecto, quibus Heraclius Aſſad Chani aliorumque, qui Iſmaelem quendam Sefidam tuebantur, odio metuque, Schahrokhii nomen inſcripſit, vt Nadiri poſterorum partes ſequi ſeſe indicaret, tam ad declinandam principatus inuidiam, quam quod ab huius potentia nihil ſibi timendum eſſe ſatis noſſet. Sed quid dicemus de Symbolo Schiitico in numo principis Chriſtiani, et de ſingulari *titulo canis portae Ridhae?* qui, ab alio quocunque vſurpatus, irriſionem potius indicat quam reuerentiam. Mihi quidem videntur numi iſti ad exemplar eorum conformati eſſe quos Schah Rokhius ipſe excuderat, qui ſane religioſo nomine *canem portae Ridhae*, ſe apellare poterat, quippe iuxta eius ſanctuarium in vrbe Meſchehed adſeruatur. Sunt igitur numi proprie Georgiani, ſi patriam ſpectas, ſed quatenus Shahrokhii numos imitantur eoque conſilio cuſi, vt inter Perſas vſum haberent, in quorum gratiam Symbolum Schiit. gerunt; Perſicis haud immerito adcenſendos eſſe putaui. Pondere aliquanto leuiores ſunt Abaſſinis, ſed ſerioribus Georgianis meliores.

Aſſad Chani.

31. Aſſad Chan, Aghuanorum dux, Tebrizi principatum tenebat a. 1750. a Kerim Chano nouem annis poſt victus et regno pulſus. Vnicus eius ad nos peruenit numus valde elegans, Parte 1. Symbol. Schiitarum exhibens.

P. II. سكه ميمنت بزم قضا ارزد | بنام علي ابن موسي الرضا | ضرب سنتر ١١٦٨. *Typus ſ. Numus laetabilis iudicis ſublimis, Aſſad, in nomine Ali fil. Muſa, Iuſti. Cuſus Schuſter* 1168. *p. Chr.* 1755. Obſeruandum hunc principem Regis ſ. Schah titulo abſtinuiſſe, quippe qui ſingulis tantum prouinciis, viuis adhuc Sefidarum et Nadiri poſteris, praeeſſet. Maluit igitur Ali, cultiſſimum Perſis nomen numis inſcribere, vt hoc aliquam ſibi gratiam et auctoritatem conciliaret.

Sub Kerim Chan.

32-35. Muhammed Kerim Chan, gente Curdaeus, interfecto Nadiro Iſphahanam occupauit et ab a. 1759. occidentales Perſiae

regiones solus imperio tenuit. In IV numis, qui in Bibl. Regia adseruantur, principis nomen non inscriptum, quippe qui non regem se ferret, sed tutorem et vicarium Ismaelis Sefidae, quem in vrbe Abada adseruatum imperio suo praetexebat. Apparet tamen quodammodo Kerimi nomen in ambigua numorum inscriptione. Scil.

N. 32. P. I. est Symb. Schiit. P. II. ١١٧٨ يا كريم ضرب شماخي *o benigne!* (sc. Deus) *Cusus Schamagiae* 1178. (1764.) *Kerim* est frequens apud Muhammedanos Dei adpellatio; quae tamen hic simul principis nomen indicat.

33. P. I. يا صاحب الزمان *O immortalis! sc. Ali Mehdi.*
P. II. ١١٨٩ يا كريم ضرب كنجه *O Kerim s. benigne. Cusus Kengae.* 1189. (1775.)

34. Simillimus sed sine anni nota.

35. Similis P. I. praecedenti. P. II. ١١٩٠ ضرب شماخي *Cusus Schammagiae* (in prouincia Schirwan) 1190. (p. Chr. 1776.)

Hi numi igitur ostendunt a. 1776. Kerimum regno adhuc praefuisse necdum assumto regis titulo. Caeterum sub hoc principe deteriores facti esse videntur numi Persici, antiquis Abassinis vt pondere impares, ita elegantia longe inferiores.

36-42. *Numi in honorem Ali Ridha cusi.*

Plane singularis est haec numorum familia, adhuc, quantum equidem sciam, nemini cognita, qui *Parte altera* Symbolum Schiiticum, vel vrbis annique notationem gerentes, *altera parte* in Ali Ridha honorem se cusos esse profitentes, quo consilio aut quibus auctoribus cusi sint, prorsus in obscuro relinquunt. Coniicere possis, eos in vrbe Meschehed cudi, vt iis, qui ad visendum Ali sepulcrum illuc commeant, distribuantur, a quo non abhorrent vtique inscriptiones; obstat tamen quod in aliis etiam vrbibus, Resht, Cazbin, Mazanderan similiter cuduntur. Videtur itaque statuendum, eos aut a principibus cusos esse, qui nomen suum inscribere dubitarent v. c. Chanis sub Hussein et post Nadirum dominatum adfectantibus; aut, quod malim, ab ipsis regibus vel vrbibus, qui huius sancti quem

quem impense colunt Persae, nomine inscripto monetam suam quasi consecrare vellent. Cf. supra n. 31. Possis hanc coniecturam speciosis rationibus exornare, sed mihi sufficiat ipsorum numorum inscriptiones adferre.

36. P. I. Symbol. Schiit. P. II. يا علي ابن موسي الرضا ضرب مشهد *O, Ali fili Musa, Iuste! Cuf. Meschehed.* Anni nota nulla addita; externus numi habitus Nadirianis similis. Fortasse referendus ad Schahrokh Nadiri filium, in vrbe Meschehed regnantem. Pro يا etiam legi possit با *cum*, prius tamen praeferendum ob n. 33. sqq.

37. Similis, sed tenuioris laminae. P. II. detritis superioribus - - - بن موسي الرضا ضرب فزوين *fil. Musa justus, Cuf. Cazbin.*

38. Similis praecedenti, sed ambitu maior. P. I. in marg. nomina 12 Imamorum. P. II. passim detritis literis lego.

- - - سكه - - - موقف خدا نصر وامداد - - - علي موسي رضا ضرب مشهد مقدس ١١٢٣ *moneta - - - confidentis Deo auxiliatori et adiutori - - - Ali Musa Iustus. Cuf. in Meschehed sancta.* 1134. (1730) sub Tahamasp. II.

39. P. I. vt praeced. Symb. Schiit. et nomina 12 Imam. P. II. روج الحكم امام بري | سكه ميمنت سلطنت بنام علي | ضرب تبريز ١١٦٠ *Moneta principis Imami munifici, numus laetus imperii in nomine Ali. Cuf. Tebrizi* 1160.

40. Praecedenti similis P. I — P. II.

روج ما برز سكه ميمنت امام رضا وصي صرر مامن وسر - - - ضرب تبريز ١١٦١ *Moneta noftra perfecta eft, typus laetus Imami Ridha* (Videtur adhuc fuiffe صاحب الزمان *immortalis*) *defenforis iniuriarum afyli et principis.* Cuf. Tebrizi 1161.

41. 42. P. I. Symb. Schiit.

P. II. شد افتاب وماه زر وسيم در جهان
سكه امام برحق يا صاحب الزمان

Prodit

Prodit Sol et luna aurum et argentum in mundo, typus Imami veri, o (Ali) immortalis! numi male habiti, vt inſcriptionem, quae iterum eſt Diſticho expreſſa, ex aliis ſimilibus componere cogar. Cuſi ſunt ۱۱۷۱ رشت *Reſcht*, in prouincia Ghilan ad mare Caſpium, a. 1171. p. Chr. 1756.

43. Integer P. I. Idem habet diſtichon clariſſime ſcriptum, in hoc tantum varians, quod legatur از امام addita perſica genitiui nota, annus quoque ۱۱۸۱. hac parte legitur. P. II. literis valde perplexis quarum lectio ab imo ordienda

ضرب ۱۱۸۱ في دار المرز مازندران يا كريم

Cuſus a. 1181. (1766) *in regia prouinciae Mazanderan.* Vox *O Kerim* ſub Kerim Chan cuſum eſſe indicat, quod etiam temporis rationes manifeſtum faciunt.

44. Aureus, minoris moduli, Parte I. plane conuenit cum praecedenti, praeter quod annum habet 1190. (1776). P. II. ضرب دار السلطنة قزوين يا - - - - *Cuſus in metropoli Cazuin. O - -* Videtur ſupra olim fuiſſe كريم O Kerim! quod fere euanuit.

45. Numus a praefecto aliquo Turcico cuſus, quem Perſicis addo, quod, raro exemplo, Perſicam inſcriptionem exhibet. Scil. P. I. Eſt idem diſtichon quod in praecedentibus, ſcriptura quoque ſimillima. P. II. Perplexis literis vt n. 43.

ضرب ۱۱۷۰ امير المورد باشا *Emir Morad Paſchah.* 1170. (1756.) Quis fuerit hic Morad, aut qui factum ſit, vt praefectus Turcicus, Sunnita, Perſicam ſiue Schiiticam formulam numo inſcripſerit, nemo facile dixerit.

46-51. Sunt numi perſici veteres, *Mahmoudi* dicti, dimidium Abaſſini pretio aequantes. P. I. Legitur Symb. Schiit. P. II. fuiſſe videtur, quantum ex euanidis ductibus diuinare licet, حوسه cum anni nota. Quid ſignificet iſta vox, obſcurum mihi eſſe fateor. Poſſit eſſe vrbis nomen, eius fortaſſe, quam ſub *Hebbiſe* nomine Olearius l. c. p. 661 memorat, trium dierum ſpatio a Baſra diſtantem. Perſis حوسه eſt *dies* quod

quod tamen, quid in numo significet, non video. Nisi dicas argenteos *diuites* dictos esse, vt aereos *gazam regiam* dici supra monui. Quanquam hic est alia ratio. Caeterum ab hac inscriptione ductum esse videtur *Haeuise* adpellatio, qua hoc numorum genus, aliosque pretio similes in oriente dici constat.

§ 2. *Larini.*

Ad argenteos persicos spectant etiam Larini ita dicti, h. e. mirum numorum genus s. filum potius argenti crassiusculum, in medio compressum et in vnci modum inflexum, nulla inscriptione notatum. Vnum extat exemplar in Bibl. Reg. alios vid. ap. Tavern. II. p. 1. Olear. p. 560. Nomen traxerunt ab vrbe Lar ad sinum persicum, et, quanquam antiquitatem forma ipsa prodit, tamen vel recentioribus annis tales fieri, docet Gottingensis, qui est recentissimus. In commerciis vel nunc eos valere supra monitum est; pretium est, secundum Chardinum, $1\frac{1}{2}$ Schahi siue 13 Sol 3 Deniers gallicos. Sed cum hoc vix componas Tavernerii l. c. computum, 80 Larinos quinquaginta Abassinis s. 1 Tumano aequiparantis. Nam ex hac ratione 80 Larini efficerent 200 Schahi adeoque 1 Larin = $2\frac{1}{2}$ Schahi, quod sane est verius si Larinorum pondus spectes. Suspicor apud Chardinum esse scribendi vitium et legendum $2\frac{1}{2}$ vt cum gallica moneta, qui eum confert, consentiat.

Aerei persici.

Numi aerei, vt supra notatum est, pro temporum et locorum diuersitate valde variant. Alii literis, plurimi imaginibus leonis cum sole, equi, pauonis rel. insignes sunt; plurimi carent anni nota, plerique detriti, imminuti aut in quadratam formam corrupti. In omnibus fere ab altera parte est فلوس cum vrbis nota.

1. Vetustus numus P. I. detritae literae, P. II. فلوس ضرب قزبين *Aereus, cusus Casbini.*
2. 3. Leo solem tergo sustinens, Persiae symbolum. Alter signo aquilam Russicam referente notatus, vt in Russorum finibus eum valere indicetur.
4. Leo a. 1147.

5-8. Pauo. cuſi Schamagiae.
9. Bos vt videtur. ibid.
10. Monſtrum, fort. draco equum diſcerpens. Cuſus دربند *Derbend.*
11. 12. Auis. cuſ. Kengae كنجه. 1190.
13. 14. Equus. pars II. detrita.
15-18. Quadrati oblongi, e rotundis grandioribus facti. P. I. eſt gladius perſicus, acinaces, in vno P. II. ١١٨٨ ضرب شماخي Schamaghiae 1188.

Quidam horum aereorum recuſi ſunt, typo recentius inflicto, plerumque Georgiano n. 8. ſq.; in vno tamen n. 14. cernitur رايج *Raidſch*, vrbis Perſicae nomen.

SECTIO IV.

Numi Georgiani. I. Argentei.

Georgiani numi omnes ſunt recentiſſimae aetatis. Olim ſub Selgiucidis numos cuſos eſſe a Georgiae principibus, oſtendunt numi ſupra Comm. II. 3-6. et fortaſſe argentei duo, infra Sect. VII. 2. 3. Aerei Sec. XV. mox occurrent. Sed poſtquam Perſarum imperio obnoxii facti ſunt Georgiae principes, monetae cudendae poteſtate caruiſſe videntur, vidimus enim ſupra n. 12. ſub Huſſein perſicos numos Tefliſi cuſos. Sub Heraclio demum recuperata libertate numi Georgiani argentei cudi coeperunt, principis tamen nomen in numis non inſcriptum. Peruenerunt ad nos argentei Georgiani ſeptem, praeter eos quos Schahrokhii nomine cuſos, ſupra commemorauimus, n. 26-30. Inſcriptiones ſunt

1-3. P. I. الحمد لله رب العلمين *Laus ſit Deo rerum domino*, nota verba ex Corani initio. P. II. ١١٨٣ ضرب تفليس *Cuſ. Teſliſi.* 1182. (1768.) alius eſt a. 1183. tertius 1190. (1776.) ſupra adſcriptum ياكريم o Kerim, de quo ſatis dictum ſupra. Modulus numorum eſt Abaſſinis perſicis proximus ſed paullo minor, dici tamen Abaſſinos teſtatur doctiſſ. Reineggs. Quod ſententiam e Corano numis ſuis inſcripſerit princeps Chriſtianus, factum fortaſſe commercii cauſſa, ad gratiam apud Mu-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0070
DFG

Muhammedanos numis ſuis conciliandam. Quid quod Symbolum Schiiticum in numis iſtis Schah Rokhii, ſupra vidimus, manifeſto exemplo magis de commercio promouendo quam fide Chriſtiana teſtanda ſollicitum fuiſſe Heraclium.

4-6. Numuli arg. *Schauri* dicti apud Georgianos.
P. I. Eſt *o Kerim!* P. II. Cuſus Tefliſi 1185. vel 1190. Valor videtur eſſe ¼ Abaſſi.

7. Similis in omnibus, ſed minor, fortaſſe *Biſti* pretio aequans

Ceterum notabile numos Georgianos a. 1776. hanc inſcriptionem habere *o Kerim*, ex quo manifeſtum fit, Georgiae principes Kerim Chani maieſtatem agnoſcere, adeoque libertatem ab Heraclio partam, eo delapſam eſſe, vt vaſallos ſe Perſarum regis profiteantur.

II. Aerei Georgiani.

1. Duo veteres aerei vtrinque literati, Tefliſi cuſi a. 891. (1486) ſi recte legi, reliqua ſunt obſcura. Reſtat tantum parte altera شاه ثالث in medio globus cui crux imminet et inſcripta Georgiana litera T. Taimurae fortaſſe nomen indicans.

2-4. P. I. Leo cum ſtella circa quatuor literae Georgianae. P. II. Flus cuſus Tefliſi 1162 et 1163. (1748. 49.).

5-9. Recentiores Heraclii, Europaeorum numorum ſimiles. P. I. Libra cui impoſita eſt corona, ad dextram gladius ad ſiniſtram ſceptrum, infra globus cruce ornatus. P. II. In medio ornamentis cinctae tres literae Georgianae, quae Heraclii nomen innuunt, infra ضرب تفليس ١١٨٩ *Cuſ. Tefliſi* 1179. (1765) De globo iſto, Regum Georgiae inſigni, iam ſupra Comm. II. n. 3. monitum, et videntur haec inſignia ad regiam Heraclii dignitatem ſpectare. Iam cum in numis poſt 1768 cuſis Kerimi nomen appareat, ſequitur anno 1766 Vaſallum eum Perſiae factum eſſe, quae ſi ex relationibus nota ſunt, quod neſcio, numis ſaltem confirmantur.

10-19. Aliam aereorum claſſem faciunt XI aeri, in quarum altera parte auis cernitur, aliam ſibi ſubiectam roſtro appetens.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0071
DFG

P. II. In omnibus qui legi adhuc possunt, multi enim vsu attriti خدابنده ضرب تفلیس. *Chodabendeh cus. Teflis* in duobus restat adhuc annus 1148 et 1149. 1168. 1169. (1754. 55.) Interspersae literae Georgianae principem Georgianum (Taimuram fortasse,) auctorem profitentur; Quid tamen *Chodabendeh* illud significet, ignoro. Aut numi nomen esse debet, quanquam obstat, quod non aerei sed argentei in Persia dicuntur Chodabendeh, aut ad regis nomen refertur vt non sit proprium, sed *Dei cultorem s. seruum* indicet. Caeterum aerei Georgiani pretio videntur esse similes persicis, alii sunt Kasbecki, alii dimidii, vnus n. 5. moduli maioris. Etiam horum plurimi typo impresso signati sunt.

Sectio V.

Numi Bocharici.

Huc refero IV numos quorum tres sunt aurei, vnus argenteus, sine anno locoque ignotorum principum nomina exhibentes.

N. 1. 2. Simillimi P. I. Symb. Sunnit. habent, *non est D. nisi Deus vnus, Muh. est Legatus Dei.* P. II. ab imo incip.

ابوالغیص محمد بهادر خان سید

Abulfais Muhammed behadir Chan, dominus.

3. Eiusdem moduli P. I. vt praeced. simillima etiam scriptura et literarum dispositione P. II. ab imo

عبد المومن محمد بهادر خان سید

Abdelmumen Muhammed Behadir Chan dominus.

Ad vnam eandemque familiam pertinere eos, manifestum est ex formularum et literarum simillima forma et dispositione. Scriptura est inter Persicam et Indicam media; Symbolum Sunnitas prodit; titulus سید denique proprius est quodammodo principibus a Timuridarum familia, ab iis etiam, qui in India regnarunt, solio conscenso vsurpatus. Quae omnia faciunt, vt ad Bocharicam aliquam Principum familiam referendi esse videantur, quanquam nec Abul-

Abulfais, nec alter ille in hiſtoriis, quas iſtarum regionum habemus ſatis parcas, vſquam commemorentur.

4. Argenteus numulus ignoti principis ſed Seculi XVII. exeuntis. P. I. in quadrato, لا اله الا الله | الامر كله لله. *Non eſt Deus niſi D. vnus; imperium omne Dei eſt.* Lectio marginis abſciſſa. P II. ſimiliter quadrato incluſum الله حق ناصر الحق. *Deus verus cuſtodit veritatem.* Marginis lectio praeter ضرب euanuit. Similis numi, ſed aurei et maioris exemplum nuper mihi oblatum, in quo P. II. additum المبين veritatem *euidentem* (i. religionem veram.) Parte I. in marg. reliquis truncatis reſtabat مايه والف ١١٠٠. (1688) loci nomen extricare non potui. Exhibuit eiusmodi numum Aſſemani Muſ. Cuf. Nan. II. p. 105. in quo quid male lectum ſit iam apparebit. Caeterum nunc dubito, an ad Bochariam ſpectet hic numus, literae enim Africanis ſimiliores.

SECTIO VI.

De Numis Indicis.

Numi Mogolorum.

Mogolorum Indiae, h. e. Regum ex Timuris proſapia qui a Timure inde Sec. XIV. exeunte vſque ad noſtram aetatem per XXV ſucceſſiones regnarunt, Magnorum Mogolorum nomine noti, octodecim extant numi, non quidem plenam regum ſeriem exhibentes *), vt Perſici, ſed elegantia tamen et pretio notabiles, quidam etiam raritate. De valore eorum, qui pro numi aetate et vrbis diuerſitate variat, et generibus haec monuiſſe ſufficiat. Norma numorum Indicorum eſt *Rupia*, quam nos dicimus, Indi سكه مبارك (*numus benedictus* **) quae iuxta Tavernerium T. II. p. 7. valet 30 Sols gallicae monetae, quanquam non plane conuenit hoc aliorum rationibus, qui

*) Regum ipſorum ſeriem optime demonſtrant ſigilla Regia, qualia exhibent *Tavern.* T. II. 187. (male expreſſum in *Hiſt. génér. de Voyag.* T. XIII. p. 333.) *Hyde* in praef. ad Tabb. Vlughb. qui explicationem etiam addidit, pleniſſimum *Valentyn* India ant. et noua. T. IV. p. 176. addito Shahrokh f. Mirza Seid, in aliis omiſſo.

**) Cf. *Fraſer* hiſt. of. Nadir Shah p. 50.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1019739517/phys_0073 DFG

noſtris florenis eam conferunt. Vtut ſit, hoc eſt frequentiſſimum numorum genus, e quo ſunt Gottingenſes omnes, vno excepto, qui valuit dimidiam. Cuduntur etiam dimidiae, quartae, et octauae Rupiarum partes v. Tavern. l. c. qui etiam numum quadratae formae exhibet. Raros tamen eſſe hos numulos coniicio e fragmento argentei in partes diſſecti, quod in Muſeo academico adſeruatur. *Aurei* apud Indos Mihr (مهر) dicuntur, perſica voce, quae proprie ſolem denotat, ſed ad aurum transfertur, ſolita apud orientales metaphora. Tales ſunt Gott. 1. 2. Pretium iis ſtatuit Tavern. 21. librarum gallicarum, quod nimis exiguum videbitur reputanti numorum craſſitiem. *Peſchas* ſ. *Aereos* indicos ad nos non pertulit fortuna, ſeruantur tamen VII. numero in *Muſeo academico* cf. Tavern. l. c.

Inſcriptiones Rupiarum, recentiorum ſaltem, ab vtraque parte ſunt perſicae, mixto arabico; ſcriptura Iacuti, perſicae proxima ſed craſſiuſcula, aliquando magis pendula, ſed multo minus perplexa. Olim inſcribebatur P. I. Symbolum ſunniticum, docente Hydio ad Vlughb. p. 8. et Richardſonio Lexico Perſ. p. 1034. et fuiſſe talem in numis Bibliothecae Regiae deſtinatis, didici ex Indice doctiſſ. Reineggs, qui tamen numus, neſcio qua inuidente fortuna, in noſtras manus non peruenit. In recentioribus fere eſt P. I. Regis nomen et titulus *numus Imperatoris victorioſi* adiecto regis nomine et Hegirae anno. P. II. ضرب سنة جلوس ميمنت مانوس *cuſus anno - - - - imperii* (propr. conſcenſionis) *felicis* cum regni anno et vrbis nomine. In titulis frequenter occurrit بادشاه *Padiſchah*, quam etiam vſurpant Imperatores Turcici et Perſici, nunquam tamen, quantum reperi, in numis. Etymologiae huius vocis non opus eſt immorari, nam qui a Perſico باد aura, deducunt argutari videntur. Non diſpliceret Kehrii ratio **) a Mogolico *Batu* fortitudo, repetentis, niſi obſtaret, hoc nomen arabice ſcribi باتوا. Certum eſt, eſſe ſummi honoris titulum, ſummum imperatorem, aut ſimile quid indicantem. Primum adhibitus eſſe videtur a Babur Indiae

*) Idem auctor l. c. obſeruat. aurum apud Indos (intra Gangam) eſſe in ratione 14. 1. argento comparatum.

**) De num. Aurenk. Zeb. p. 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0074
DFG

Indiae victore (cf. figilla supra laudata) post hunc proprius principibus huius dynastiae: *) Ad historiam haud exiguae vtilitatis habet quod imperii annus simul cum anno Hegirae componitur. Sed ad singulos pergendum.

1. *Aureus Aurengzebi* P. I. ab imo inc. در جهان سکه زد جو مهر منیه اورنک زیب علم کر ۱۱۰۴. *numus in mundo cusus, vt sit aureus, iussu Aurengzeb mundi expugnatoris.* 1104. p. Chr. 1692. P. II. ضرب دار الخلافه شاه جهان اباد جلوس میمنت مانوس ۴۶ *Cusus in vrbe regia Schahgehan abad* (*Dehli*) a. felicis imperii 36. incepit ergo regnare a. 1069. p. Chr. 1657. quod testatur etiam numus apud Hyde ad Vlughb. annum imperii I. cum 1069 componens **).

Argentei huius principis duo adseruantur in Museo Acad. alter a. 1049. (1682) alter a. 1109. (1679) in quibus est P. I.

در جهان سکه زد جو بدر منیه اورنک زیب

Numus in mundo cusus (*vt sit*) *argenteus iussu Aur. Z.* P. II. vt supra, sine loco. Sic quoque legendus Tavernerii (p. 7. n. 5.) anni 1083. nisi quod additur علم کر et Golcondae vrbis nomen. Vox بدر proprie *lunam* notat, tum de argento dicitur vt بحر, *sol* pro auro s. aureo.

2. *Aureus* Ferrugh Sir, Timuridae XIV. a. 1129. imperii 3.

P. I. Restat tantum سکه - - فرخ سیر ۲۶

P. II. *Anno imperii felicis III. Cusus in Muschadabad* مشدابـاد. Videtur esse eadem vrbs, quam in mappis geographicis Moorschedabad adpellari video, in Bengalae Regno sita. Literae ر nullum

*) Adscribo hic ex indice Reineggii titulos numi deperditi, qui fuit Acbaris, Agrae cusus, a. 1769. P. I.

لا اله الا الله محمد رسول الله ابوبکر عثمان علي

P. II. (lege جلالالدين محمد اکبر بادشاه غازاني (غازي) خلد الله تعلي (?) سکه ضرب دار الخلافه سنه ۹۷۷.

Propius accedit ille ad numos Hulagidarum, v. Comm. II.

**) In hoc numo etiam est nomen Aurengzebi محمد.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0075
DFG

nullum veſtigium, idemque nomen ita ſcriptum occurrit in Anglorum numis in India cuſis.

Docet hic numus Ferrugh Sir a. 1124. Heg. regnum adeptum eſſe, adeoque ante 28. Ian. a. 1713. p. Chr. quod in hiſtoriis non notatum reperio.

3-12. Argentei, omnes ſub Mohammed Schah cuſi qui a. 1718. ad 1754. Indiae imperauit, calamitate a Nadiro inflicta celebris. Omnes inter ſe ſunt ſimiles ſcil.

n. 3. P. I. ١١٣١ سكه مبارك بادشاه غازي محمد شاه.
Numus benedictus imperatoris victorioſi M. Schah 1131. (p. Chr. 1718. 19.)

P. II. سنه احدي جلوس ميمنت مانوس (?) ضرب بسم الرب
Cuſus in nomine Domini a. I. imperii.

E reliquis n. 4. integerrimum deſcribo. P. I.
١١٣٧ سكه مبارك صاحب قران ثاني محمد شاه بادشاه غازي
Numus benedict. alterius Saheb Keran (Timuris) *Moh. Schah Regis victorioſi.* 1137. (1724 ſq.)

P. II. vt n. 1. ſed ٧ سنه. Huius ſimillimi reliqui omnes praeter 7. et 8. anni imp. XI. et XIV. qui Saheb Kerran non habent, et P. II. obſcurum vrbis nomen, literis mutilis. Caeterum etiam ex his numi vtilitatem aliquam adferre licet chronologicam, dum Mohammedem ad a. Heg. 1131. p. Chr. 1718. ſq. regni initium retuliſſe docent, quod ab auctoribus anno ſerius poni ſolet.

13-16. Quatuor numi ſimillimi, ita truncati, vt fere dimidium ponderis deſit, vnde periit imperatoris nomen. Nam iſtam radendorum numorum cupiditatem, quae apud nos eſt perditiſſimorum hominum, in oriente India inprimis valde eſſe communem, ex itinerariis conſtat, et docent numi noſtri omnis generis, quorum vix vnus et alter auaras manus effugit. Inde eſt quod recentes rupiae plus valent veteribus, decreſcente pro annorum ratione numorum pondere et pretio.

17. Dimidium Rupiae valde truncatum. Reſtant hic vt in praecedentibus ſolitorum titulorum reliquiae.

Numi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0076
DFG

Numi orae indicae et Indiae extra Gangem.

18. Argenteus, Abaffini ſimilis; ſpectat ad Raſcham ſ. principem Gangumolae, Magni Mogolis olim Vaſallum. Vid. Tavern. T. II. p. 95. vbi ſimilis exhibetur, male tamen depictus. Gott. repertus vna cum Chalifarum numis, in agro Reualenſi; (vid. Comm. I. init.) ergo ſaltem ſec. X. antiquior.

19. Argenteus ex Pondichery, tria lilia, et altera parte coronae ſpeciem referens. Fennam (Fano) dici obſeruat doct. Reineggs.

20. *Aureus*, P. I. humanae figurae inſtar. P. II. punctis obſita. Ex Tanſchaur, prope Madras, petitum eſſe notat Index. Sed eſt potius *Pagoda* in vrbe Pallicate orae Coromandel a mercatoribus Batauis cuſa. Cf. teſtem oculatum Tavern. II. B. 3. qui addit, meliorem eſſe aliis iſtarum regionim numis.

Numi Sinici et Iapanici.

Sunt etiam numi aerei XVIII. numero, omnes in medio perforati, et ab altera parte characteribus Sinenſibus notati. In his duo ſunt maiores reliquis, vnus maximus variis monſtris ornatus. Plurimi parte auerſa ſcripturam habent Mantſchuricam, quae vel nunc originem Syriacam prodit, eſt enim literis Eſtrangelo dictis ſimillima, atque hi haud dubie ſunt Sinenſes numi. Alii VII. Iapanici cf. Tavern. II. 23. n. 9. 10. Duo fere ſimiles ſunt Siamenſibus v. l. c. p. 18. n. 7. 8.

SECTIO VII.

Mantiſſa variorum numorum.

1. Denarius arg. Auguſti. P. I. Vultus ad d. circa - - - STVS DIVI FIL PATER PATR. P. II. duo armati, (C. et L. Caeſares,) in medio clypei et haſtae circa. - - - PRINCIP. IVVENTVT. vid. Theupol. I. p. 110.

2. Numus arg. Georgianus ignoti principis, ſed poſt ſec. VII. cuſus. P. I. eques, adſcriptis literis Georg. antiquis; ſuper equi capite globus cum cruce, regum Georgiae inſigne. P. II. ſcriptura cuſica valde impedita, legitur داود - - - دولة - - - تالن

et in marg. تغلبس (*ergo Teflisi cusus, fortasse a rege Daud s. Dauide*). Mirum est vocem خان hic iam occurrere, quae in numis aereis supra memoratis a. 891. legitur. fort. idem est quod خان principum Turcicorum titulus.

3. Arg. male habitus, denarii similis, P. I. eques, hasta aduersarium humi prostratum impetens. P. II. Bos recumbens. Vtrinque literae ignotae, quae tamen Georgianis similes videntur. Omnino numi habitus et artificium cum praecedenti conuenit, vt vel pro Georgiano, vel pro Byzantino habendus esse videatur.

4-6. *Numi Arsacidarum* argentei. Facile dignoscuntur regum Arsacidarum Parthiae numi vultu regio, et altera parte homine, qui sellae insidens arcum tenet, circa inscriptiones graecae. Extant tales tres numero, in sepulcris Armeniae reperti, e quibus frequenter effodiuntur.

N. 4. Est *Phrahatis* IV. qui regnauit a. Arsacid. 219-259. Magni Antonii victor. Explicationem talis numi dedit Vaillantius (de num. Arsac. p. 185.) qui tamen suum numum fatetur esse adulterinum; noster omnes antiquitatis notas prae se fert. Inscriptiones sunt eaedem, quae apud Vaill. extant, Βασιλεως βασιλεων μεγαλε Αρσακε επιφανες. sed quod monet de voce μεγαλε inuerse posita, in nostro non apparet, et videtur ab adulteratore male efficta esse.

5. Vultus similis ei, quem *Gotarzi* Arsac. XX. tribuit Vaill. p. 224. qui tamen nullum numum protulit. Inscriptio, detritis literis dubia, videtur fuisse *βασιλευς βασιλεων αρσακης ευεργετης επιφανης φιλελλην.*

6. Ad *Vologesem* II. referendus secund. Vaill. p. 347. accurate delineatum dedit Niebuhr. descr. Arab. Tab. XII. inscriptum *βασιλεως βασιλεων Αρσακου ευεργετου δικαιε επιφανες φιλελληνος.* Sed fateor haec omnia dubia mihi videri, et saepe subiit mirari viri doctissimi audaciam, qui nulla certa ratione ductus, sola titulorum istorum, plerumque simillimorum, cum rebus gestis comparatione fisus, numos huic vel illi regi assignauit. Pauci sunt parthici numi, quos ad suos dominos cum probabilitate

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0078
DFG

litate aliqua referre possis, ii scilicet, qui aut regis nomine aut anno insignes sunt. Addo etiam hoc, nimis argutam videri Vaillantii sententiam, virum in solio sedentem stirpis Arsacidarum antiquitatem denotare (p. 77. 223.) imberbem enim esse, et Parthos olim barbam non aluisse. p. 83. Si numos ipsos inspicias, vix dubitare licet, *regem* ipsum repraesentari, solio insidentem, quasi admissurum oratores. Et enim his figuris eadem tiarae et vittarum forma, quae ab altera parte cernitur in vultu regis, et sane barbatae esse videntur tam in his nostris, quam in Niebuhrianis l. c. Accedit analogia aliorum numorum apud ipsum Vaillantium, vt Arsacis p. 6. Tiridatis, p. 16. Monoesis p. 339. Vologesis 364. 366. qui sine dubio regem solio insidentem exhibent.

Atque hic liceat mihi aliam obseruationem addere de iis Parthorum numis, qui literis graecis, aut ad graecas saltem efformatis inscripti extant, qualem habet Vaill. p. 396. et Niebuhr Tab. XII. n. 28. 31. Sunt illi sine dubio Parthici numi vel potius Persici, ad formam Parthicorum a barbaris hominibus facti. Sed cum in Arsacidarum numis graeca verba inscriberentur, in his verba persica scripta esse videntur graecis literis. Scilicet deuoluto post Artabanum IV. ad Persas imperio, non subito graeca inscribere desitum in Persicis numis: nam extant Artaxerxis Sassanidae graecis titulis. (v. ap. Vaill. p. 390. 394.) Sensim Persica verba inscribi coepta, sed literis *graecis* quae vsu diuturno notae et vulgares erant in Perside, quanquam barbarum artificem horridis ductibus produnt. Denique Persica quoque scriptura adhibita, qualis in Sassanidarum numis conspicitur, adeoque istis numis transitus quasi fit ad numos Sassanidarum.

7-9 - - - - - *Numi Sassanidarum*, tres numero, in quibus vnus Teflisi repertus, egregie conseruatus. Notum est hoc numorum genus, habitu inter se simillimorum. Ab altera parte est vultus regis, ab altera ara igne ardens, adstantibus duobus armatis, qui in nostro, figurae cruci simili innituntur. Vtrinque cernitur scriptura persica antiqua, nemini adhuc explicata. De-

lineationes vide ap. Niebuhr ~~Tab. XI. 17.~~ XII. ~~24.~~ 22 Aram iſtam, igne ardentem, ad ignis cultum ſub Saſſanidis reſtitutum ſpectare, vix opus eſt monere; ſed id neſcio an ab aliquo ſit obſeruatum, literas *iſtas* plane ſimiles eſſe iis literarum formis, quibus ſcripti ſunt Zoroaſtris libri, ab Ignicolis in Caramania et India conſeruati. Etenim ſi quis conferat huius ſcripturae Alphabetum apud Anquetil in Zendaueſta T. II. 424. Tab. VIII. eiusque ſpecimen T. I. p. II. p. 76. Tab. V. ſimillimam deprehendet. Prima litera v. c. ſine dubio eſt ﻩ, tertia ﺭ. quam ſequitur duplex ﺰ. et ſic porro. Equidem ſingulas explicare aut lectionem numorum diuinare, minime auſim; faciant hoc Anquetilii, qui Zendica ſcripta legunt et intelligunt, mihi ſit ſatis digito monſtraſſe viam. Hoc ſaltem addo, ſi eadem eſt ſcriptura horum numorum, qua libri Zendici ſcribuntur, hos libros ſine dubio e Perſia originem ducere appareret; et cum apud omnes gentes in numis retineri ſoleat antiquus literarum character, haud leue ad antiquitatem eorum adſtruendam ex his numis duci poſſit argumentum.

10-13. *Numi Byzantini* n. 10. arg. Conſtantini et Heraclii plane ſimilis illi, quem delineatum dedit *Banduri* in num. impp. Rom. T. II. p. 677. n. 4.

Reliqui tres ſunt aerei Ioannis Zimiſcae, Parte I. vultum ſeruatoris exhibentes, altera inſcriptionem, ſimillimi Bandurianis l. c. p. 738. n. 1. 6.

Not. Supra p. 29 huius commentat. lin. 7 ab ima pag. integra linea excidit, quae ita reſtituenda: (ﻫﺎﺩﻰ) h. e. *directorem*, e Muhammedis promiſſis ab omnibus Moslemis exſpectatum.

Addenda.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0080
DFG

Addenda.

Commode accidit per operarum moras, vt quaedam ad illuſtrandos hoſce numos non nullius momenti mihi ſuggererent tam curae poſteriores, quam Virorum doctorum, quibus gratum profiteri liceat animi ſenſum, monita; Quae hic, ne quid lectoribus inuideam, viſum eſt ſubiicere.

Ad Comment. I.

Num. III. 4) Numum Borgianum ad Chalipham Heſcham Bagdadenſem ſpectare non poſſe recte videram, ſed lectionem, ab Adlero exhibitam, fruſtra ſollicitaui, quod per literas me monuit vir harum literarum peritiſſimus Ill. Tychſen Prof. Roſtochienſis. Scil. numus eſt hiſpanicus ſub Heſcham II. ſec. Heg. IV. vergente procuſus, et vrbis nomen legendum بالاندلس *in Hiſpania* (Cordubae). Confirmarunt hoc deinde numi in Cimeliis Societatis Hiſtoriarum Matritenſis adſeruati, quorum ectypa mecum communicauit vir amiciſſimus et honoris cauſſa mihi nominandus, S. Reu. Moldenhawerus, apud Havnienſes SS. LL. Profeſſor. In his plures ſunt titulis et vniuerſo habitu ſimillimi, e quibus apparet legendum eſſe:

الامام هشام *Antiſtes Heſcham*

المويد بالله *fortis per Deum.* Superiorem lineam e ſublitiſſimis ductibus non extrico. Infra احمد eſt ſine dubio rei numariae praefectus, nam in aliis numis aliud nomen legitur.

Ad N. IV. Coniecturam الخليفه in numo Dreſdenſi legendum eſſe pro الملك confirmat numus Ill. Tychſenii, Kirmanae cuſus a. 168. Heg. ſub eodem Chalipha Mahadi.

Ad N. VII. Idem numum aereum Abbaſſidarum poſſidet, in quo manifeſto eſt الفلس.

Ad N. VIII. Offendit virum Ill. anomalicum illud, quod propoſui, مالمر pro مومر, adeoque legendum putat: مما امر به ſic enim legi in numo, quem ipſe poſſidet, aliisque, tum in vitreis Nanianis (v. Muſeum Cuſ. Nan. Tab. VIII. n. 110. IX. 119.) praeterea hanc lectionem melius congruere ſequentibus. Ingenioſam lectionem et ſua ſe facilitate commendantem ſine vlla dubitatione veram pronuntiarem, niſi obſtare videretur hoc, quod

viri docti, qui eiusmodi numos viderunt, constanter legerunt ع, non autem ع. In Aurjuilliano Tab. IV. n. 4. manifesto est ع, atque in Gottingensi, quem denuo inspexi, hoc elementum cum sequenti *non* cohaeret, quod in litera ع perpetuo obseruatur. Fateor non infra lineam descendere, sed simillima est forma ης, in voce وعبده Parte I. Nanianorum ectypis, quae omnino عبدها exhibent, haud multum fidere permittit sculptoris imperitia. — Accedit quod, ex meo quidem sensu, vix satis commoda ex ista lectione exit sententia: *Deo commendatus sit Muhammed — propterea quod imperat per ipsum* (per Muhammedem?) *Almamun.* Sed penes peritos sit iudicium.

Ad N. IX. erudite obseruat Vir S. Reu. Adler Abulcasem istud non esse Chaliphae Alcaher nomen, qui tale cognomen non gessit, sed principis filii, vt in N. XII. a me erat perspectum. Addit Vir doctiss. se in pluribus numis similiter Chaliphae filiique nomina coniuncta obseruasse, quos vt non diutius nobis inuideat, quis est qui non mecum optet.

Ad Commentat. III.

Sect. V. num. 4. ad Bocharicos male a me relatum esse, iam inter operas suspicatus eram; nunc video esse *africanum* et fortasse ad *Mahadi* s. Muhammed ibn Abdallah ibn Tomrut, Dynastiae Mohaditarum in Africa auctorem, qui a Heg. 514 - 524. regnauit, spectare. In numis hispanicis, quos S. Reu. Moldenhaweri humanitati me debere modo professus sum, duo sunt simillimi commatis, in quorum *altero* eadem legitur epigraphe: *Deus est veritas*, sic enim vertendum, *defensor veritatis euidentis.* Parte auersa: المواحي محمد بن عبد الله *Princeps Muhammed fil. Abdallae.* In *altero* ea leguntur, quae hic sunt P. I. auersa autem: ربنا الله رسولنا محمد امامنا المهدي. *Deus est Dominus noster, Muh. legatus noster, Mahadi antistes noster*, quae in nullum alium ita conueniunt. Noster igitur ad Comment. II. n. 60. seq. referendus, quanquam dubium, an ab hoc principe sit procusus, cum annus 1100. in aureo commemoratus, in Dynastiam Mohaditarum a. H. 668. extinctam non cadat. Hoc saltem apparet, in Africa cusum esse ad imitationem veteris Mohaditarum numi.

INDEX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0082
DFG

INDEX
NVMORVM QVI COMMENTATIONE II. ILLVSTRANTVR.

I. Numi Selgiucidarum Iconii.

1. Argenteus Caicobad fil Caichosru a. 625. (1227) - - Pag. 6
2. -- Caichosru fil. Caicobad. a. incert. - - -- 6

Regum Georgiae sub imperio Selgiucidarum.

3. 4. aer. Reginae Tamar. (circa 1220) - - - - -- 7
5. -- Reginae Rusudan (circa 1245) - - - - -- 8

II. Imperatorum Chowaresmiae.

7 -- 18. Regis Gelaleddin (circa 1226)] aereorum fragmenta 9
19 --23. bilingues, literis georgianis] 10
24. argent. fort. Muhammedis. (circa 1220) - - 10

III. Mongolorum s. Hulacidarum in Persia.

25. arg. Muhammed Chazan Chan (circa 1300) - - - - 11
26. -- Chodabendeh (circa 1310) - - - - 11
27-29. arg. Abusaidis. 1316 sq. - - - - 13

IV. Principum Tataricorum s. Turcmanorum.

30-40. arg. Muhammed, s. Mehemed circa 772 (1370) - - 14
41. -- Eiusd. principis. - - - - 15
42. -- Chan behadir, Eracae 763. (1361) - - - - 15
43. -- Ignoti principis. Chowaresm. 774. (1372) - - 16
44. -- -- -- Bagdad. 792. (1389) - - - 16
45-47. -- Nasreddin Chan, a. 782. (1380) - - - 16
48. aer. eiusd. principis. - - - - 16

V. Timuridarum.

49-53. arg. Abdallah Chan. - - - - 16
54. -- Sultani Ibrahim. (circa 1430) - - - 17

VI. Incerti.

55. arg. Muhamedis principis. - - - 17
56. aer. incerti. - - - - - 18
57. arg. Teflisi cusus. - - - - 18
58. arg. principis cuiusdem Caiem. - - 18
59. aer. eiusdem. - - - - - 18

VII. Africani.

60-62. Muhammedis, africani principis. - - - 19
63. aereus.

Not. Huc referendus N. 4. Comm. III. p. 45. principis Mohaditae, Mahadi.

VIII. Obscuri.

64. aureus Abdallah principis. - - - 19
65. aer. principis tatarici. - - - 20
66-75. argentei detriti. - - - 20

COM-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0083
DFG

COMMENTATIONE III.

SECT. I. *Numi Turcici.* - - - *Pag.* 22

—— II. *Numi Chanorum Crimenſium.* - - 25

—— III. *Numi Perſici* characteres, ſcriptura, genera etcet. - 27

I. Aurei et argentei. - - - 32

1-14. Numi Huſſeini. - - - - 32
15-16. -- Tahamaſp II. - - - - 33
17. -- Aſchrafi. - - - - 33
18-25. -- Nadiri. - - - - 34
26-30. -- Schah Rokhii. - - - - 36
31. -- Aſſad Chani. - - - - 36
32-35. -- ſub Kerim Chano. - - - 37
36-45. -- in honorem Ali Ridha cuſi. - - - 38
46-51. -- veteres ſ. Mahmudi. - - - 40
52. Larini. - - - 41

II. Aerei perſici. - - - - 41

SECT. IV. *Numi Georgiani.*

I. Argentei. - - - - 42

II. Aerei. - - - - 43

—— V. *Numi Bocharici.* - - - 44

—— VI. *Numi Indici.* - - - 45

I. Mogolorum Indiae.

1. Aurengzebi. - - - - 47
2. Ferrugh Siri. - - - - 47
3-12. Muhammed Schah. - - - - 48
13-17. Truncati. - - - - 48

II. Orae Indicae et Indiae extra Gangem.


18. Principis Gangumolae. - - - - 49
19. Arg. ex Pondichery. - - - - 49
20. Pagoda ex Palicate. - - - 49

III. Numi Sinici et Iaponici.

SECT. VII. *Mantiſſa variorum numorum.* - - 49


1. Denarii Auguſti. - - - - 49
2. Georgianus arg. - - - - 49
3. Arg. ignotus. - - - - 50
4-6. Numi Arſacidarum. - - - - 50
7-9. Byzantini. - - - - 51

I.




a. 98.

II.




a. 102.

III.




a. 126.

IV.



a. 170.

V.




a. 171.

VI.



a. 190.

VII.




VIII.



a. 195.

IX.




a. 321.

Graphische Künste



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0086
DFG

X.




a. 322.

XIV.




a. 292.

XI.




a. 324.

XV.




a. 299.

XII.



a. 331.

XVI.



a. 299.

XIII.



a. 286.

XVII.




a. 301.

Grape fc. Gotting.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0087
DFG






Numi Dynaſtiarum. T. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0089
DFG




Numi Cufici Bibl. Reg. Gotting. Tab. IV.




Numi Dynastiarum Tab. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0091
DFG




Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0092
DFG

Turc. aur.
4.



Turc. arg.
Solota.
4.




Pars I.


Perſic. Huſſ.
5.




Tartar. arg.
19.




Nadir.
22.



Perſ.
13.



Georg. aer.
5.



Perſ. in Ali.
43.




Indic. Aureng.
Zebi.
I.



Indic.
4.



Saſſanid.
7.



Georg. p. 49.
2.



Ad Comment. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0093
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0094
DFG

p. 28.
pag. 56. d. I fab.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1019739517/phys_0097
DFG

Addenda.

Commode accidit per operarum moras, vt quaedam ad illuſtrandos hoſce numos non nullius momenti mihi ſuggererent tam curae poſteriores, quam Virorum doctorum, quibus gratum profiteri liceat animi ſenſum, monita; Quae hic, ne quid lectoribus inuiſum eſt ſubiicere.

Ad Comment. I.

4) Numum Borgianum ad Chalipham Heſcham Bagdaſpectare non poſſe recte videram, ſed lectionem, ab Adhibitam, fruſtra ſollicitaui, quod per literas me monuit vir literarum peritiſſimus Ill. Tychſen Prof. Roſtochienſis. umus eſt hiſpanicus ſub Heſcham II. ſec. Heg. IV. verprocuſus, et vrbis nomen legendum بالاندلس *in Hiſpania* bae). Confirmarunt hoc deinde numi in Cimeliis Societatoriarum Matritenſis adſeruati, quorum ectypa mecum nicauit vir amiciſſimus et honoris cauſſa mihi nominan. Reu. Moldenhawerus, apud Havnienſes SS. LL. ProfeſIn his plures ſunt titulis et vniuerſo habitu ſimillimi, e apparet legendum eſſe:

الامام هشـ *Antiſtes Heſcham*

المويد بـ *fortis per Deum.* Superiorem lineam e ſublitiſſitibus non extrico. Infra احمد eſt ſine dubio rei numariae us, nam in aliis numis aliud nomen legitur.

. Coniecturam الخليفه in numo Dreſdenſi legendum eſſe الم confirmat numus Ill. Tychſenii, Kirmanae cuſus a. leg. ſub eodem Chalipha Mahadi.

II. Idem numum aereum Abbaſſidarum poſſidet, in quo o eſt الفلس.

III. Offendit virum Ill. anomalicum illud, quod propoſui, ro مومس, adeoque legendum putat: مما أمر به ſic gi in numo, quem ipſe poſſidet, aliisque, tum in vitreis s (v. Muſeum Cuf. Nan. Tab. VIII. n. 110. IX. 119.) a hanc lectionem melius congruere ſequentibus. Ingelectionem et ſua ſe facilitate commendantem ſine vlla du- veram pronuntiarem, niſi obſtare videretur hoc, quod